Universitätsbibliothek Paderborn

# Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Glossa Henrici Cardinalis Hostiensis super eisde[m] Decretalib.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Visual Library

iterum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptam dereliquit. in Authen. de litig. §. edita in ſi. coll. 8. Ber.

Iurare.] Per iuramentum debet quis purgare cõſcientiam ſuam de hæreſi. de conſecr. diſt. 2. ego Berengarius. & 1. q. 7. quoties. vnde ſi iurare nõ uult, pro condemnato debet haberi, ſicut de calumnia iurare non vult, actor cadit a cauſa, & reus pro cõdemnato habetur. ſupra, de iura. cal. c. vlt. & C. eod. tit. cum et iudices. §. quod ſi actor. Et eſt ſimilis illi, qui neque defendit, neque exhibet, & condemnatur vt contumax. ff. de noxa. quoties. §. in poteſtate. Tenui enim religione iuramẽta ẽt neceſſaria cõtemnũt. ſupra. de ſimo. & ſi q. & C. de fide inſtru. l. vlt. Ber.

Indicijs.] Not. quod per indicia probatur crimẽ. ſupra eod. c. prox. ibi, ꝙ ſi quis, &c. & 2. q. 8. ſciant et 23. q. 1. dixit dominus. & infra, de priuil. cum olim. 1. et C. dẽ rei vẽd. indicia. Jtẽ habes hic, ꝙ propter negligentiã remouetur prælatus. ar. ſup. c. ꝓx. in ſi. et 1. q. 1. c. ſi qui epiſcopi. §. ecce cũ honoris. B.

Cap. XIIII. Sicut, ſup. fol. 103.

Sicut.]

Sub ſpecie virtutum.] ſupra eo. c. prox. §. quia vero 41. diſt. ſæpe vitia. quia prætextu pietatis, nõ eſt impietas committenda. 30. q. 2. noſſe. & ita nullus poteſt prædicare, niſi mittatur. vnde Dominus ait diſcipulis ſuis: Euntes prædicate Euangeliũ omni creaturæ. & iubẽte Domino in toto orbe diſperſi ſunt. 21. diſt. in nouo. vnde Eſaias: Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in ſcripturis. & 16. q. 1. §. hoc idem. ar. ff. de tut. & cura. vbi & l. prætor.

Alios Dominus Apoſtolos.] Sic ſupra eod. cum ex iniuncto. Nec vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. 89. diſt. ad hoc. laici † ergo cuiuſcunq; ordinis ſint vel meriti, prædicandi officium debent aſſumere. Ber.

† Vide ſupra ... comminia ... c. Cum ex iniuncto. vbi ... hoc.

Cap. XV. Excomunicamus. ſup. fol. 103.

Excommunicamus..] Iſtud c. habet quatuor dicta. Secundum ibi damnati. Tertium ibi, ſi qui. Quartum ibi, credentes. Abbas Siculus.

A Conueniendi.] Supra eo. excommunicamus, quia ad eundem finem tendunt, ſcilicet, deceptionis. Ber.

Puniendi.] Et hoc tantum habes ſupra eod. excõmunicamus. Sed qualiter iſti hæretici puniri debẽt ſecundum leges, poſtquam per Eccleſiam ſunt condemnati, vt hic dicit? Vltimo ſupplicio puniuntur per iudices ſeculares, cũ diſtinctione vt uidetur, vt docẽtes vltimo ſupplicio, addiſcentes verò decẽ libris auri, vt C. eod. tit. quicunq; ad ſi. Sed cõtra. C. de male. & mathe. l. culpa. vbi dicitur, quod culpa ſimilis eſt tã prohibita diſcere, quã docere; non eſt contra: B quia l. illa quicunq; intelligitur de illis, qui nondũ didicerunt, ſed cauſa addiſcendi ad hæreticos acceſſerũt: † ſi autẽ ad actũ perueniſſent, ſimili pœna punirentur, vt docẽtes, ſecundum legem illã. culpa. Ber.

† Zanchinus tract. de hær. cap. 3.

Si qui autem.] Ab hoc loco vſq; ad finem additum eſt. aliud totum habes ſupra eod. excommunicamus. & c. ad abolendam. §. 1. & 2. Ber.

Deprehenſi.] Publice, ita quod notoriũ, uel etiã condemnati. Si vero poſtea redire voluerint. recipiẽdi ſunt; quia Eccleſia non claudit gremium redeuntibus ad ipſam. C. de ſum. Tri. inter claras. circa ſi. C & delicti veniam pœnitentibus damus. C. eod. titu. Manicheos. ita tamen, vt in perpetuo carcere permaneant † vt hic patet. Sic et ſimoniaci in monaſterio ſub perenni pena detrudãtur. 1. q. 1. recipiuntur, et ſup. de ſimo. quoniam. quia & ipſi heretici cẽſentur. 1. q. 1. eos qui. & 6. q. 1. c. nos ſeq. §. ſed licet. Bern.

† Et idem iudicium eſt de credentibus eorum erroribus habendum, ſicut de ipſis, vt hic in fine.

Cap. XVI. Abſolutos. ſup. fol. 103.

D Abſolutos.] Jpſo iure, ex quo manifeſtè lapſi ſunt. ſimile 15. q. 6. iuratos. et c. nos ſanctorũ. & eſt arg. quod Papa poteſt abſoluere laicũ a iuramento fidelitatis. arg. prædictorũ c. quia ad ipſũ ſpectat interꝑtatio iuramẽti. ſup. de elect. venerabilẽ.

Atque pacto.] Ergo † ſi ſub pena aliquis tenetur eis aliquid ſoluere certa die, licet non ſoluat, nõ incidit in penam: & eodem modo ſi per iuramentum: ꝙ eſt verum: quia in illa obligatione & iuramẽto tacitè ſubintelligitur, ſi talis permanſerit, cui communicare liceat. 22. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de ſolut. cum quis. 1. reſpon. ſupra, de iure iuran. quemadmodum. & ſup. eod. excõmunicamus, §. credentes. Ber.

† De materia huius gloſſæ præter doctores hic, vide Alfonsũ Caſtrum li. 2. de iuſta hære. puni. c. 7. & doctores in c. 2. de heret. li. 6.

## GLOSSA HOSTIENSIS SVPER DECRETALIBVS Tit. de Hæreticis, de volumine maiori.

### c. Dubius.

*SVMMARIVM.*

1 Qui firmiter non crediderit, ſaluus eſſe non poterit.
2 Hæreticus eſt, qui a quolibet fidei articulo deuiat.
3 Infideles teſtes eſſe non poſſunt.

Dubius.]

In fide.] 1. in qua nemo debet dubitare, † ſed firmiter credere, & ſimpliciter confiteri, vt ſupra, de ſum. Tri. c. 1. reſpõ. 1. Alioquin ſaluus eſſe non poteſt, vt in ſymbolo Athanaſij. Quicunque vult. & 13. di. quando epiſcopus. quia nec in fide titubandum eſt. 24. q. 1. apertè.

† De hoc copioſe dictum ſupra in cõmẽtario Dubius.

2 Infidelis eſt.] etiam ſi tenui argumento reperiatur a fide catholica deuiare, ideſt articulo quocũq; volueris, de his qui cõtinẽtur in ſymbolo Apoſtolorum, Credo in Deum. & de quib. not. ſupra de ſumma Trin. firmiter. §. hæc ſancta Trinitas. ſuper verbo, impaſſibilis. & ſuper verbo, incarnatus, quibus per fidem ſolam eſt firma credentia adhibenda: quia fides eſt de re non viſa. de pœnit. diſt. 4. in domo. C. de ſum. Tri. l. ſi. Non tamẽ per ſigna, ſed ꝑ fidẽ veritas eſt colẽda. de cõſ c. diſt. 6. venit ſacerdos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*dos. Vel dic tenui argumento. vt not. ſupra. de præſump. litteras. §. fi. in principio.*

3 Nec eis,] *verſ. quibuſcuuque non baptizatis, vel baptizatis et hæreticis.* †Omnino. *ideſt aliquo modo, hoc eſt nullo modo credendum eſt. ſimile omnino ſup. de iura. calum. in pertractãdis. ergo nec teſtes eſſe poſſunt. 23. q. 4. ipſa pietas. quod dic ut legitur, & nos ſupra. de teſti. Iudæi, & c. licet, 1.* Fidem veritatis. *Negotij, de quo quæritur ſupra, qui ma. accuſa. poſſ. videtur. & de iuramen. calum. in petractandis Vel dic, fidem veritatis, ideſt veritatem fidei catholicæ. Vel quia talis baptizari renuit. Vel quia in articulis fidei errauit: & ſic eſt hæreticus, vt ſupra not. & infra eodem firmiſſimè.*

† Eymericus 3. par. q. 68. & ſeq. vbi dixi.

## c. Qui alios.

*SVMMAIVM.*

1 Qui errantem, cum poteſt, non corripit, errare cenſetur.
2 An omnes ad correctionem fraternam teneantur?
3 Corrigere iudicialiter ſoli prælati tenentur, fraterne autem omnes.
4 Delictum committendum omnes tenentur impedire.

QVI alios &c.

1 Non reuocat.] *Simile ar. ff. ad l. Aquil. ſi iẽtiam. 2. q. 7. negligere. 83. diſt. error. ſupra tit. 1. & ſi Iudęos. §. 1. in fi. & c. ad liberandum. in glo. & in deciſione. §. cęterum.*

2 *Sed nunquid iſtud ad omnes pertinet? Dicunt quidam, quod de crimine iam commiſſo prælati tenẽtur corripere:* † *23. q. 4. duo iſta. & cap. ita planè. A committendo autem quilibet tenetur alium auertere. & ipſum impedire, & occultè corripere. infra eod. cum ex iuncto. §. licet autem. ver. cum aliud ſit & arg. 23. q. 4. ipſa pietas. 22. q. 5. hoc videtur. 93. diſt. diaconi.*

†S. Th. 2. 2. q. 33. ar. 3. & Tabiẽſis in ſum. verbo; correctio. §. 8. n. 9.

3 *Tu dicas, quod correctio iudiciaria ad ſolum prælatum pertinet, vt in primis concor. Euangelica vero ad omnes, vt in ſecundis concor. & 2. q. 7. quapropter. quod dic vt not. ſupra, de cogna. ſpir. tua. et ſupra, de teſtib. in omni negotio.*

4 *Sed & omnes tenentur impedire peccatum cõmittendum, vt hic, cum ſuis ſimilib. & argu. ff. de pact. ſi vnus. §. pacta.*

## c. Firmiſſime.

*SVMMARIVM.*

1 Hæreticus multis modis quis dicitur.
2 Infans ſine baptiſmo decedens, diuina viſione priuatur
3 Qui extra eccleſiam eſt, ſaluari non poteſt, niſi reconcilietur.
4 Bona opera extra eccleſiam facta, non ducũt ad vitam, licet proſint ad bona temporalia.

A FIRMISSIME, &c.] *Verba ſunt Auguſtini de fide catholica.*

2 Omnem hæreticum.] *Hæreticus dicitur multis modis:* † *Primo ille, qui peruertit ſacramenta Eccleſiæ, vt ſimoniacus. 2. q. 1. eos qui per pecuniam. 6. q. 1. §. ſed licet. Secundo, ſchiſmaticus. 7. q. 1. denique. Tertio excommunicatus. 4. q. 1. quod autem hi. Quarto, errans in expoſitione ſacræ ſcripturę. 24. q. 3. hæreſis. 57. diſt. relatum. Quinto qui nouam ſectam fingit, vel confictam ſequitur. 24. q. 3. hęreticus. Sexto. qui priuilegio Romanę Eccleſię, q̃ præeſt omnib. detrahit. 22. diſt. omnes. Septimo q̃ cõmunionẽ catholicæ Eccleſiæ non recipit. in Auth. de priui. dot. hæret. mulieri non præſtan. poſt prin. uer. igitur ſacram cõmunionem, & c. coll. 8. Octauo, qui præcepta ſedis Apoſtolicæ pertinaciter tranſgreditur, 19. diſt. nulli. Nono, qui decretalibus epiſtolis Apoſtolicis contradicit: vel eas non recipit. 20. diſt. de libellis. ad fi. Eiuſdem enim auctoritatis ſunt decreta & epiſtolę decretales. 19. diſt. ſi Romanorum. ad fi. Nam & peccatum paganitatis eſt pręceptis Apoſtolicis cõtraire. 81. diſt. ſi qui praeſbyteri. Decimo, ſtricto modo, & propriè dicitur hæreticus qui aliter ſentit de articulis fidei, vel ſacramentis Eccleſiæ, quam Romana Eccleſia. 23. q. 1. hæc eſt fides. & c. quoniam. infra eod. ad abolẽdam. & qui quo ad hoc non recipit quatuor concilia. Sic intellige C. eod. quicunque. C. de ſumma Tri. l. fi. in Authen. de eccl. ti. §. 1. coll. 9.*

2 Incendio.] *Idem videtur Auguſtinus dicere de puero, ſiue infante non baptizato.* † *de conſ. diſt. 4. firmiſſime. Sed ibi exponitur, igne, ideſt pœna carentię viſionis Dei: quia ſempter erit in tenebris, vt ead. diſt. c. nulli.*

3 Niſi ante finem. *verſ.* Incorporatus] *quamdiu enim ſic ſtat, reſecatum eſt membrum à corpore Eccleſiæ. Separatur etiam ouis morbida ab ouili, ne inficiat ſanas oues, ſupra de ſta. mo. ea quæ. §. 1.*

Reintegratus.] *ideſt reconciliatus p̃ manus impoſitionem: ante quam ex quo ſemel excommunicatus eſt, non eſt communicandum eidem. 24. q. 3. notandum. ſupra, de vita & honeſt. cler. quoniã, in fi.*

Et poſt pauca.] *Secunda pars, ideſt vt breuiter me expediam: vel,* Et poſt, *ideſt, & cætera ſequuntur.* Pauca, *quæ omitto. Et poſt illa, ſcilicet pauca quæ omittto, ſequitur,* Omni homini, *&c. Et ſic tãtum ualet ac ſi diceret, & cætera, & infra.*

4 Neque mors. *Unde Apoſt. 1. Cor. 13. Et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. de pœni. di. 3. c. ſi quis. circa fi. diſt. de conſ. diſt. 3 ſolet. 1. q. 1. vide quantũ bonũ.* Ad ſalutem. *æternam, ualent tamẽ ad bona temporalia acquirenda. arg. 22. q. 2. ſi quę libet. in fi. Et ad minus ſupplicium ſubeũdũ. de pœn. di. 3. poteſt etiam. ad. fi. diſt. & ad alia, de quib. no. in ſum. de pœnit. §. & an ficte pœnitẽti. reſponſo 1.*

## c. Fraternitatis.

*SVMMARIVM.*

1 Damnato auctore, libri damnantur.

2 Scripta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2 Scripta non habentia auctoritatem, allegari poſſunt vt rationabilia.

3 Qui publicum officium gerunt, vt notarij, licet vnam ſcripturam falſarint, aliæ non infirmantur.

4 Inſtrumentum in uno falſum, in omnibus reprobatur.

5 Error in ſubſtantialibus, & præcipuis, inſtrumentum vitiat.

6 Error in acceſſorijs & accidētarijs non vitiat inſtrumentum.

7 Publica perſona de falſo damnata, quomodo ſcripta eius damnata cenſeantur.

8 Sacramenta ab hæreticis collata valent.

9 Scienter ab hæreticis & alijs ab Eccleſia præciſis, ſacramenta recipiens, peccat.

10 Ignorantes & coacti virtute ſacramentorum, quando recipiant gratiam.

FRATERNITATIS tuæ.] & infra. Celeſtius atque Pelagius.] *ſcilicet hæretici, ut ſequitur, fuerunt enim damnati† in ſynodo Epheſina de hæreſi. Vnde dubitauit Patriarcha Antiochenus, an ſcripta ipſorum eſſent recipienda.*

† Videatur omnino commentarius ſuper cap. Dubium.

1 *Et reſpondetur quod nō: quia ex quo auctor damnatus eſt, & ſcripta illius damnata ſunt, nec admitti debent, vt hic ſequitur. & probatur infra eod. excommunicamus, 1. §. credentes. & arg. 96. diſt. inſt. bene quidem, ſupra de conſtit. eccleſia Sanctæ Mariæ. Et eſt expreſſum. 9. diſt. ſi ad ſcripturas, & 16. diſt. canones, quamuis aliqua ſint ibi utilia, vt ibi dicitur & arg. ad idem ſupra, de teſti. licet ex quadam. §. 1. verſi. cum ſatis. Et quia deſtructo principali, acceſſorium eſt deſtructum; vt ſupra de fide inſtru. inter dilectos. §. cæterum. Et hoc verum, quod talia ſcripta nō ſunt auctorizabilia, niſi forſan eſſent per Romanam Eccleſiā approbata, arg. ſupra de ſum. Trin. cap. 2. §. ſi. Sicut patet in ſcriptis Origenis, qui licet poſt mortem damnatus fuerit, 24. q. 2. ſanè proferatur, tamen propter multa bona quæ dixit, fuerunt ſcripta ſua quantum ad illa bona per Eccleſiam approbata. 16. quæſtio. 7. & hoc diximus, aliqui tamen dicunt Origenem †non eſſe damnatum, vt not. infra de ſent. excommu. a nobis, 2. §. 1. verſ. & in certis caſibus.*

† Vide beatū Hieronimū epiſt. 65. in ip. Schedulæ Et Nicephorum l. 17. c. 17. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

2 *Quamuis autem alias talia ſcripta auctorizabilia non ſint: ſi quid tamen ibi boni reperiatur, poteſt induci & allegari, non tanquam auctoritas, ſed tāquam ratio naturalis. Et ſic ſoluitur, nec cōtradicit 1. q. 1. dominus declarauit. 37. diſt. ſi quid veri. Et ideo dicitur quod neceſſaria eſt legis notitia abrogatæ, di. 7. Moyſes, Inſti. de teſta. reſponſo 1. Vnde & Innocentius III. argumētatur ex lege Theodoſiana abrogata, ſupra de iudi. nouit. §. nos igitur, verſ. vt illud dimittamus, vbi de hoc.* Illa capitula. *quæ ſcripſerint.* Auctores, *quaſi dicat non video.*

3 *Et hoc eſt verum ſecūdum d. n. in expoſitionibus ſcripturarum, & in omnibus alijs confectis ab hic, qui publica non gerunt officia. 9. diſt. ſi ad ſcripturas. 16. diſt. c. 1. 37. diſt ſi quid. In ſcripturis autē tabellionū, & aliorum publicum gerētium officiū, ſecus eſt: quia licet vnam chartam falſam fecerint, nihilominus valent aliæ, quamdiu in officio tolerantur, arg. 8. q. ſi. nonne: & melius ſupra de coha. cle. & mu. veſtra. Et hoc propter publicam vtilitatem, & ne uenientes ad eum decipiantur, arg. ff. de offic. præto. l. 3. reſponſo 1. ff. de offi. præſi. ſi forte, C. de lat. li. tol. l. vnica, §. ſed & qui domini, & §. ſed & ſi quis homini libero. C. de teſta. l. 1.*

4 *Dicimus tamen, quod ſi inſtrumentum aliquod in vno probetur falſum, non ſolum in illo, ſed in totum etiam reprobandum eſt, arg. 3. q. 9. pura. ff. de ædil. edic. cum eiuſdem, de conſec. diſt. 4. cum non liceat, & expreſſius 9. diſt. ſi ad ſcripturas ſacras.*

5 *Quod verum eſt, quando mentitur circa ſubſtantialia vel circunſtantias negotij de quo agitur principalis: puta, cum ageretur inter contrahentes de boue, tabellio ſcripſit de aſino: vel de pecunia argētea & ipſe poſuit de aurea: vel agebatur inter Petrum & Martinum: et ipſe ſcripſit inter Robertum & Guillermum, arg. in eo quod legitur, & not. ſupra de reſcri. ſignificante, eſt ratio: quia nunquam debet ponere in inſtrumento vel teſtimonio, niſi quod in veritate nouit & vidit: nec poteſt in hoc ignorantiā allegare, 3. q. 9. teſtes, & c. hortamur, & c. pura.*

6 *Sin autem errauit, vel etiam ſcienter mētitus ſit circa acceſſoria, vel circūſtātias negotij de quo agitur non ſubſtantiales: nihilominus valet inſtrumētū quo ad ſubſtantialia, vt ſi dicat contrahētes eſſe de alia terra, quam ſint, vel conſanguineos: vel affines aliorum, quam ſint, & ſimilia. Et eſt ratio: quia non cōſiſtit in his officium tabellionis vel teſtis: nihil enim facit ad contractum vel teſtimoniū vndecūq; ſint cōtrahētes, arg. ſupra de iudi. cū deputati.*

7 *Eſt tamen euidens cōtra argu. in eo quod legitur & not. ſupra de reſcrip. ſignificante. Licet autem dicta alicuius ratione perſonæ (niſi alias falſa probentu.) redargui non poſſint de falſo: ſi tamen publica perſona de falſo accuſata & condemnata fuerit, ex tunc inſtrumenta & dicta eius carebunt robore, ratione perſonæ vt hic, et ſupra de teſti. teſtimonium. Alij dicunt, quod ſi in vno inſtrumento plura capitula ſint connexa ſibi, & vnum ſit acceſſorium alteri: vno caſſato, cætera connexa & acceſſoria caſſata intelliguntur. Secus ſi ſint diuerſa & ſeparata. arg. ff. de mino. etiam ff. de nego. geſt. cum actum, & l. at qui. Vel diſtingue vt ſupra, de fi. inſt. ex litteris. Primum tamen dictum magis placet d. n.*

8 *In ſacramentis vero ſecus eſt: quia illa etiam ab hæreticis recepta valent † quo ad eſſentiam. 32. diſtin. §. verum, & etiam gratiā conferunt ſi qui illa ignoranter ſumunt. De Iuda. n. conſtat quod fuit hæreticus, arg. 1. q. 1. eos qui, & tamē baptizati ab eo gratiam receperūt: alia peccaſſet qui eum cum alijs miſit ad baptizandum, quia ſic baptizati ab eo deciperentur, 1. q. 1. Chriſtus, & c. dedit. Ad idem eſt quod dicitur de infantibus 1. q. 4. c. 2. & 3. Idem etiam dicendum eſt ſi coactè recipiat, 1. q. 1. dominus declarauit, circa fi. Coactione tamen abſoluta interueniente: nam ſi conditionalis eſſet, peccaret, nec gratiam reciperet. 50. diſt. presbiteros. Sed & neceſſe eſt quod uoluntatem habeat illud ſacramentum recipiendi, quod dic vt legitur & not. ſupra de bapt. maiores. §. pen. & fin.*

† Vide cōcil. Trid. ſeſſ. 7. de ſacr. in genere can. 12. & eadem ſeſſ. 7. de baptiſ. can. 4.

9 *Si ergo aliter accedat quis ſcienter ad ſacramenta hæreticorum, peccat: nec recipit gratiam. 1. q. 3.*

etiam,& c.ſequentibus. Et hoc ex ſola conſtitutione † Eccleſiæ hoc prohibente: quod et ex eo apparet: q ipſa conſtitutio excipit baptiſmum in caſu neceſſitatis.32.diſt.§.verum. Et quia ſolus Deus dat gratiã, non miniſter: nec attenditur qualis ſit miniſter, niſi in eo, qui ſcienter contra conſtitutionem Eccleſiæ recipit. Et hoc non ſolum de hæreticis prohibitum eſt, ſed & de excommunicatis, depoſitis, & ſuſpenſis; quod dic, vt legitur & not. ſupra de ordi. ab epiſcopo, c.1.& 2. Excepto notorio fornicatore, & ſimoniaco: qui licet ſuſpenſi ſint a communione ſacramentorũ: tamen in articulo neceſſitatis corpus Chriſti & baptiſma conferũt.32 diſt.§.verũ. Unde & in tali articulo, ex quo licet ab eis ſacramenta recipere, licitum erit eis tangere, non tamen conficere. Nec eſt iſtud ad ſacramenta alia extendendum: qa cum de his hoc ſpecialiter concedatur, conſequens intellectus patet, qd de cæteris hoc negatur 25.diſti. qualis, ſupra de præſump. nonne, cũ ſuis concor. Licet plus placet, d.n. quod not. infra de ſchiſma.c.1.

† Expẽdãtur hæc iuxta approbata dogmata theologorum.

10 Verum contra id quod dictum eſt, ignorãtes & coactos recipere gratiã, eſt apertè, quod legitur 1.q.1.etiam, & tribus c.ſequentibus, vbi dicitur, quod ibi gratia non confertur. Sed illud intelligas poſtquã hoc ſciunt, & facultatem habent per manus impoſitionem reconciliare Eccleſiæ, quam petere tenentur 1.q.4.c.2.& 3.24.q.3.notandum. Et hoc niſi fecerint, peccant: & ſic gratia carebunt. Vel aliter, ſi ſacerdos bonus eſt, per eius meritũ gratia confertur: ſi autem fictus eſt, licet fides Eccleſiæ & virtus ſacramenti proſit, tamen meritum eius quo caret, nõ prodeſt.1.quæſt.1.per Eſaiam, ſecundum d.n. cuius gloſſ. hæc eſt quaſi tota.

## c. Si quis Epiſcopus.

### *SVMMARIVM.*

1 Epiſcopus quos prohibeať hęredes inſtituere.
2 Hęretici & cęteri ab Eccleſia pręciſi, velut extranei habendi ſunt, niſi conuertantur.
3 Epiſcopus & cæteri eccleſiaſtici prohibentur infideles inſtituere hæredes.
4 Hæreticus poſt mortem accuſari, & damnari poteſt, & nu.8.
5 Caſus in quibus crimina morte non extinguantur.
6 Poſt quinquenium apoſtaſiæ crimen aboleť.
7 De Canonica æquitate etiam poſt mortem agi poteſt de notorijs criminibus, & quare.
9 Caſus in quibus denegatur eccleſiaſtica ſepultura.

SI quis † Epiſcopus, &c.] *Sic ordina litterã: Si quis Epiſcopus inſtituerit hęreticos hæredes extraneos a conſanguinitate ſua: vel etiam hæreticos cõſanguineos:* Repete inſtituerit: *Aut paganos pertulerit:* Repete etiam conſanguineos.

† Videatur cõmentarius ſuper hoc c.

1 Saltem per mortem, &c. *Alij etiam intelligũt quod nec etiam catholicos extraneos hæredes debet inſtituere omiſſa eccleſia, cui præerat: Nam ex hoc*

A *præſumitur quod eccleſiam nõ diligat, arg.12.q.2. epiſcopus qui filios, C.eod.tit. cognouimus, & argu. infra de pœnis, c.2.in fi. Sed primus intellectus magis placet nobis: ſi hoc intelligatur de reb. de quib. teſtari poteſt, vt patet in eo quod legitur & not. ſupra de teſta.c.1.& ca.cum in officijs, & c.tua nos.*

2 Hæretico.] *Tales.n.non dicuntur filij, nec conſanguinei: vnde ſi frater tuus & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint ueritatem, ſit manus tua ſuper illos: & ſi infidelis diſcedit, diſcedat.23.q.8.legi, 28.q.1.ſi infidelis, & ca.vxor.in fi. Quod verum eſt, niſi pœniteant, pœnitentib.n.veniam nõ negamus, ut C.eo. Manichæos, & arg. ſupra eod. firmiſſimè, §.vnico. Et idem dicitur de ſchiſmaticis, et excommunicatis, vt ibidem reſponſo 1.& in Authent. vt cũ de appell.cog.§.generalẽ, & ſeq. & §. ſi quis de prædictis parentib.& de priuil. dotis hæret. mulier. nõ pręſtan. reſpõſo 1.et §.1.et 2.coll.8.*

B

3 Paganos.] *Et ita idem iuris eſt de Paganis, quod de hæreticis, & omnib. his, qui catholici nõ ſunt. Sed & hoc prohibetur non ſolum epiſcopo, ſed presbytero, & cuilibet clerico, vt patet infra eod.cap.1.& in pced.gl.* Pertulerit. *Dimiſſa ſcilicet eccleſia ſua. Alias prætulerit, ſ.eccleſię ſuæ, immo & talibus nihil conferre debent, vt infra c.1.*

4 Saltem.] *quaſi dicat, nedum in vita, immo &*

C poſt mortem &c.

5 *Regulare eſt quod crimina morte, et pęnę infligẽdæ cum mortuis extinguuntur.13.diſt. quorundã.24.q.2.c.1.& 2.ſupra qui filij ſint le.cauſam, 2.§.fi. vbi de hoc. C.ſi reus vel accuſator mort. fu.l.2. Fallit hoc in caſibus, in quib. etiam poſt mortẽ quæritur de crimine, & punitur. Primus eſt in crimine læſæ maieſtatis: in quo etiam poſt mortem inchoari poteſt accuſatio. ſiue inquiſitio: vt conuicto mortuo memoria eius damnetur, & bona ſucceſſori eius eripiantur, uita miſera tãtũmodo reſeruata, C. ad l. Iul. maieſt.l.pen.& fi. quod tamen reſtringitur ad crimẽ perduelionis, ideſt, illius, qui fuit hoſtili animo aduerſus rempublicam vel principẽ animatus,*

D *ff.ad l.Iul.maieſt.l.fi. Quidam tamen idẽ uolunť dicere de illo qui eccleſiam uiolauit. C.de his, qui ad eccl.confu.l.2.& in lege Iul.repe.& quibuſdam alijs quæ adæquãtur legi Iul.maieſt.ff.de accu.l.antepe.*

6 *Et idẽ dicũt in apoſtata. C.de apoſta.l.4.ante finem. Sed expreſſum eſt, quod quinquẽnio poſt mortẽ lapſo clauditur crimen iſtud. C.de apoſta.l.2. Secũdus caſus eſt, & in crimen hæreſis † 24.q.2.ſanè profertur, infra de ſenten.excomm.a nobis, 2.§.1. uer.fin. Nã ſi in pręcedẽti primo caſu hoc obſeruať multo fortius, & in hoc ſecundo erit hoc obſeruãdũ, arg. in eo quod dicitur, & notatur infra eod. vergentis, §.1. ſic enim expreſſè argumentatur lex in hoc*

E *etiam caſu. C.eod.tit. Manichæos, & ita ſeruatur de cõſuetudine in partibus Tholoſanis aliquo fluxu tẽporis non obſtante, niſi forſan inſontibus uel pęnitẽtibus bona redantur de gratia, infra eod. vergentis, reſpõſo 1.et ſic intellige, C.eod. Manichæos, ante finem, & alia iura cõſimilia, ut & not. infra eod. vergẽtis. Tertius eſt caſus in epiſcopo, qui hæreticos hęredes inſtituit vt hic. Et idem videtur dicendum in quocũq; clerico, vt infra, c.1. quinimo et de quocũq; catholico: quia ſic indiſtinctè loquitur 24.q.2.ſanè*

*profer-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

profertur,circa mediū,ibi: Item multi Epiſcopi congregati,&c.ſecundum litteram de ipſis ſtatuerunt: ſed alia littera dicit: de Epiſcopis ſtatuerunt, & illa omnino concordat cum iſto cap. Quartus eſt generalis in quolibet notorio peccatore,23.q.5.placuit. 88.diſtin.c.fi. In his autem duobus caſibus ultimis non confiſcantur bona:ſed & ad hoc quæritur tantū de crimine,ne pro tali fiat oratio: & ne eccleſiaſticam recipiat ſepulturam; quod & in quibuſdam alijs caſibus accidit: de quibus dic vt no. ſupra de ſepul.ex parte.verſi.fi. A

7 Et ſecundum canonicam ęquitatem etiā poſt mortem agi poteſt de criminibus, ſaltem notorijs per confeſſionē pænitentis, vel alio modo,& coguntur heredes ſatisfacere pro defuncto, ut patet in eo ꝙ leg.& no.ſupra de ſepul.parochiano.in fi.& inf.de rap.c.2.& c.in litteris.et de uſuris,cū tu.§.fi.& c. tua nos.§.unico.& de hoc notaui in sūma de accuſ. ſub eadē rubr.§.quis accuſari.& 24.q.2.in sūma. B

8 Anathema.) Ergo non ſepeliatur,& ſi ſepultus eſt,exhumetur,ſecundum quod legitur & not.ſupra de ſepul.ſacris.

Nomen.) tanquā infamis, vt & fructu participationis Eccleſiæ careat,arg.C.de ferijs, a nullo. in fi.nec memoria eius fiat.arg.C.ad leg.Iul.maieſt.l.fi.§.poſt diui Marci. vnde & ſequitur.

Inter Dei ſacedotes) ideſt, in libro,in quo conſueuerunt poni nomina epiſcoporum defunctorum, & pronuntiari obitus annuatim,ſimile,21.q.3.Cyprianus.ad finem.88.diſt.c.fi. C

## c. In eos.

*SVMMARIVM.*

1 Hæreticis nihil in vita ſeu in morte eſt conferendum.
2 Hęretico famæ pereunti cibus dari an poſſit.
3 Appellatione presbiterorum clerici continentur,& vice verſa. D

IN eos.&c.)

Conſanguinei.) Dic vt not.ſupra,c.pxi.

1 Nihil conferant.) nec diſtinguitur in morte,vel in vita: ergo nec nos diſtinguamus,argu.ff.de offi.præſid.l.3.quia tales nec ex teſtamento capere poſſunt. infra eod. excommunicamus,1.§. credentes. Et hoc verum eſt de quocunque relicto in morte.

2 In vita vero poſſet ei forte cauſa pietatis dari,† ne fame pereat.arg.86.diſt.paſce.& cap.non ſatis. Nam adhuc poteſt conuerti:quia de nemine,dum uiuit deſperandum eſt.de pœn.diſt.7.nemo.32.q.2. ancillam.& arg.etiam ad hoc 42.diſt.quieſcamus. 11.q.3.quoniam multos. E

† Gl.& Doct. Reg... c.1.diſ.30. ... Alfonſus Ca... ſtrus lib.1.c. ... de iuſta hæ... puni. & Zichelb. tract. de ... p.4. cap.7.

Denique.) 2.pars.

3 De reliquis clericis.) In hoc ergo pares sūt.arg. 16.q.1.prædicator.in pr in.24.q.2.ſanè profertur Et ſic appellatione presbiterorum cōtineutur,et clerici:ſicut & conuerſo,appellatione clericorum cōtinētur presbyteri,11.q.1.de perſona.ſicut et de hoc legitur.& no.ſup.de cohab.cler.et mul.c.2.in prin.

## c. Cum Chriſtus.

*SVMMAIVM.*

1 Chriſtum eſſe hominem,articulus eſt neceſſario credendus.
2 Clericis plura & apertius quam laici ſcire tenentur.
3 Laicis quid credere ſufficiat.

CVm Chriſtus, &c.)

Sub anathemate.) quę uerba habent hic ſententiam iam lati canonis: ſicut & infra, eo.c.1.§.1. quia hoc dicere hæreticum eſt:& omnes hæretici excommunicati ſunt,ut infra eo.ad abolēdam. reſponſo 1.in fi.& c. excommunicamus,1.& 2.

1 Quia ſicut verſ. Verus eſt homo.) quod probatur per hoc quod ſequitur. Et iſte eſt vnus de articulis,quos quilibet Chriſtianus tenetur ſcire per fidē, arg.de conſe.diſt.4.ante viginti,& c.baptizandos.

2 Clerici† tamē magis aſtringūtur,quam laici; qa tenentur ipſos ſcire explicitè. ut patet 38.diſt. omnes pſallentes.24.diſt.quando epiſcopus.

† De hac materia late Innocentius in c. firmiter,de ſum. Trin. & Eyme.ſupra, nat.1.q.4.& 12.

3 Laicis autem ſufficit credere implicitè,ideſt ſecūdum quod tenet catholica Eccleſia,& quod nihil ſētiant contra fidem.infra eod.ad abolendam. reſponſo 1.De his articulis tetigi ſupra,eod. c.1. quod dic ut not.plenè ſupra de ſumma Triu. in ipſa rubrica.

Rationabili.) aliàs rationali.et eſt melior littera.

Et humana.) ergo eſt verus homo, vt ſupra de cele.miſ.in quadam.vbi de hoc.

## c. Sicut ait.

*SVMMARIVM.*

1 Leges in hæreticos latæ,licet de quibuſdam loquantur,in omnibus locum habent.
2 Aſſaſſini ſicut hæretici excommunicati ſunt.
3 Cum excommunicato non participandum.
4 Propter delictum amittitur priuilegium.
7 Pro nullo, quem conſtat in peccatc mortali deceſſiſſe,orandum eſt.

SIcut ait beatus Leo: & infra.) 23.q.5.res autem omnes.

1 In patribus.) Ideo canon iſte videtur fuiſſe localis.argu. in eo quod legitur & not. ſupra de locato,ca.1.ſed hodie vbique eſt generalis, ut patet infra eod.cap.1.reſponſo 1.& c.excommunicamus 1.& 2.

Eos.) ſcilicet hæreticos. Et defenſores,&c. infra eod.excommunicamus,1.§.credenter.79.diſt.ſi quis Papa.

2 Et idem eſt hodie de aſſaſſinis, & de receptorib. & defenſoribus,& occultatoribus eorundem, qui non ſolum ſunt excommunicati, ſed & plurib. alijs pænis plectuntur: ſicut legitur & not. extra d. n. de homicid. pro humani.§. ſacri.

§.Sub anathemate.) 2.pars canon.eſt latæ ſententię.ſic ſupra eod.c. proxi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Item negociationem.] *ſimile infea eod.c.1.§. ciuitas. Et licèt hoc ſpecificetur in hæretico, tamen & idem eſt in excomunicato, cum ei in nullo participari debeat, ſed in omnibus ſit vitandus. 11.q.3. ſicut Apoſtoli, &c. ſequentib. quod dic, ut not. ſup. tit. 1. ad liberandam, in deciſione, §. cæterum, verſ. ſub interminatione: quamuis aliud ſit de Paganis, vt patet 11.q.3. ad menſam, & in eo quod legitur & not. ſupra tit. 1. ſignificauit, §. pen. & fin. &c. quod olim, reſponſo 1.* A

§. Si autem.] *3. pars.* Deceſſerit *ſcilicet hæreticus, vel fautor ipſius.*

4 Priuilegiorum.] *mortuo conceſſorum, & ſecundum hoc ratione delicti hic perditur priuilegium, infra c.1. in fi. Vel aliquib. perſonis vel locis conceſſorum: ſicut patet in Hoſpitalarijs, & quibuſdam alijs quibus conceditur, quod ſalua canonica eccleſiarum, a quibus corpora aſſumuntur, poſſint indiſtinctè recipere illos, qui apud eos elegerint ſepeliri, vt ſupra de ſepultu. in noſtra, etc. certificari. Sed licet ita generaliter concedatur: eſt tamen quantum ad hoc priuilegium reſtringendum: quia non extenditur ad illicita, nec tuetur aliquem in delicto, vt patet in eo quod legitur. & not. infra de ſenten. excommu. nulli infra de priuil. tuarum, Et eſt hic arg. quod per generalem mentionem tolluntur generaliter omnia priuilegia quibuſcunque conceſſa, & cuiuſcunque tenoris exiſtant, ad idem infra c.1. in fi. arg. cōtra in eo ꝙ legitur & not. ſup. de offi. leg. quod tranſlationē, de hoc not. ſupra de iudi. cauſam, quæ, in fi. ſupra de dolo et cōtu. c.2. §. verum, in princ. dic ut ibi not.* B C

5 Oblatio, &c.] *ſimile infra de vſuris. quia in omnibus, Et hoc quidem obtinet in omnibus, quos conſtat deceſſiſſe in peccato mortali. 23.q.5. placuit, & not. ſupra de ſepul. ex parte, in fine.*

## c. Ad abolendam.

*SVMMARIVM.*

1 Eccleſia indirectè coercet Iudæos.
2 Hæreticus eſt qui non tenet quod Eccleſia Romana credendum eſſe definit.
3 Epiſcopi vbi de fide agitur, ordinarij ſunt Iudices, ſed dubia circa fidem diffinire non poſſunt.
4 Epiſcopus an conſilium clericorum ſequi teneatur.
5 Mortui iuriſdictio poſt eius obitum ad quem transferatur.
6 Deprehenſus in hæreſi quis dicatur.
7 Clericus depoſitus, quando retineat priuilegium clericale, & nu. 8.
8 Quibus caſibus clericus tradatur curiæ ſæculari.
9 Sponte reuerſos ad fidem recipiendos, errore abiurato.
10 Olim abiuratio ſolum in concilio fiebat, hodie coram fidei Iudicibus.
11 Hæreticorum pœna ignis; & nu. 13.
12 Appellatione vltimi ſupplicij mors intelligit.
13 Lege Euangelica, Canonica, Ciuili, & conſuetudinaria hæretici comburendi.
14 In crimine hæreſis condemnatio ad Eccleſiam ſpectat, ſed punitio corporalis ad Iudices ſæculares.
15 Peius eſt recidere, quam incidere.
16 Relapſus ſi ſtatim redire voluerit, an ſit recipiendus.
17 Pœna in principes non adiuuantes Inquiſitores.
18 Qui non adiuuat Eccleſiam cum poteſt, honore priuandus eſt.
19 Ciuitas reſiſtens legibus in hæreticos latis, alliarum commercio priuatur, & Epiſcopo.
22 Allegans priuilegium, oſtendere illud debet.
21 Priuilegium, exemptionis nemini dat licentiam delinquendi.
22 Delinquentibus aliquibus de collegio, an cęteri amittant exemptionis priuilegium.

AD abolendam, & infra.]

Vniuerſos.] *qui in poteſtate chriſtianorum: conſiſtunt, & eorum fidē ſeruāt: quid enim ad nos de his qui extra Eccleſiam ſūt. 2.q.1. multi. Exceptis his qui inter Chriſtianos morantur, quos et leges imperiales aſtringunt. C. de Iudæi.*

1 *Et licet iſtos nō poſſit directè coercere Eccleſia, † quia non poteſt ipſos excommunicare; indirectè tamen eos coercet, & diſtringi facit per dominos temporales, vt patet in eo quod legitur et not. ſupra de Iudęis, Iudei 2. §. fin.* Sacramentis. *quæ ſeptem ſunt, quod dic. vt legitur & not. ſupra de ſacra. non iteran. c.1. §. fin.*

2 Prædicat & obſeruat.] *Quicunque. n. hoc facit, hæreticus eſt, 24. queſt. 3. hæreſis, 17. diſt. multis, Quod enim in talibus Romana eccleſia obſeruat & mandat, tenēdum eſt. 11. diſt. quis neſciat, alioquin hæreticus iudicatur, vt patet in eo, quod not. ſupra eod. firmiſſimè, reſponſo 1.*

3 Et generaliter, verſ. Singuli Epiſcopi] *qui ſu-*
D *per hoc tenetur inquirere ex officio: & ſi quis inueniatur negligens, vel remiſſus, ab officio deponatur infra eo. excommunicamus, 1. §. ſi. Sunt ergo Epiſcopi, etiam vbi de fide agitur ordinarij: tamen ſi aliquod dubium incidat, et ſi illud poſſint examinare, non tamen ſine Eccleſiæ Romanę licentia diffinire, cuius eſt diffinitio in tali dubio, 24.q.1. quoties. 12. diſt. præceptis. Etiam quandoque ſi indubitatum, C. de ſum. Trinit. l. ſi. & de hac materia nota, ſupra, de accu. cum dilectus, §. vnico.* Diœceſes. *vel ciuitate: ſimile ſupra de off. or. c.1.*

4 Cum Conſilio.] *quia hoc de maiorib. eſt, ſic ſupra de his quæ ſi. a prælat. nouit. & cap. quanto. Sed*
E *nunquid tenetur ſequi conſilium? Dic vt not. ſupra de arbi. cum olim. Vel forſan hic ponitur conſilium pro conſenſu, arg. infra de exceſ. præla. c.1. reſponſo 1. verſi.* aut ſine iudicio. *Dicas quod ſi in hoc caſu maior & ſanior pars capituli conſentit cum ipſo illud exequatur, argu. ſupra de his quæ ſi. a ma. par. cap. c.1. Alioquin ad metropolitanum, ſeu concilium referat quæſtionem, 18. diſtinctio. propter eccleſiaſticas 1. & 2. & quaſi per totum, & ſupra de præben. graue 11.q.3. ſi Epiſcopus forte, & ſequentib. Et ſi omnes, vel maior pars concordes fuerint cum*

*metro-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

metropolitano, ei ſtatur, ut patet in eo quod legitur & not. ſupra de tempo. ordi. nec epiſcopi, §. fi.. Alioquin ad Romanam Eccleſiam recurſus habeatur, ut patet in eo, quod not. ſupra eod. ſuper verbo, prædicat & obſeruat.

5 Vel clerici. verſ. Sed vacante.] Mortuo aliquo ſi vis ſcire ad quem transfertur poteſtas faciendi ea quæ faciebat, antequam conſtituatur ſucceſſor, notabis ſecundum d. n. quod ſi ea per ſe ſolum faciebat, ſicut eſt iuriſdictionis exercitium, & conſimilia: hoc faciet ille a quo ea habebat. Mortuo igitur archidiacono qui vicem gerit epiſcopi, ſupra de offic. arch. capit. 1. Epiſcopus eo mortuo iuriſdictionem archidiacono exercebit, arg. ſupra de maio. & obe. his quæ, §. fi. ſupra de inſtitu. cum veniſſent, reſponſo 1. Et ſunt hæc vera etiam in alijs ſi neceſſe vel vtile ſit hoc de quo agitur expediri, arg. 12. q. 2. hæc huius placiti, & c. ſi qua de reb. Alioquin reſeruabitur ſucceſſori, ff. de iudi. mortuo. C. de iudi. properandum, §. ſi autem. Maximè ſi in proximo ſucceſſor ſit futurus, argu. ff. de vaca. mu. l. penul. §. fin. ſecundū d. n. In iudicio autem non proceditur uacante ſede, ſupra ne ſede vacan. cap. fi. niſi neceſſitate inſtante deputetur actor auctoritate ſuperioris ad repoſcenda alienata 12. q. 2. nobis, c. Vulteranæ, & arg. Inſt. de auct. tu. §. fi. & ff. de cura. bonis dan. l. ſi plures, & l. 1. et 2. Si tamen ad capitulum ſpectat electio archidiaconi ſecundum d. n. uel canonicorum vna cum archidiacono: eo mortuo deuoluetur ad capitulum prædicta poteſtas, ar. ſupra de conceſ. pręben. poſtulaſti. Sed ſi archidiaconus aliqua fecit etiā ſuo iure, quæ nō ab alio ſunt collata, vt ſi fundauit eccleſiam de bonis archidiaconatus, nō capituli; tunc nō deuoluitur poteſtas ad capitulum, ſed ad ſucceſſorem tantum, ſupra ne ſede vacan. illa, ſupra de teſtamentis, relatum 2. §. nomine, vbi de hoc. Et adde quod l. & not. infra de off. delega. quoniam Abbas, de exceſ. præla. ca. 2. Quid ſi aliqua habeat ab epiſcopo, & aliqua a capitulo? & ille, & hi in eo, quod ab eis tenebant, ſuccedunt, arg. ſupra de teſta. relatum, 2. §. fi. 12. q. 3. & 4. per totum. Cum autem epiſcopus & capitulum ſint. unū corpus, cuius caput eſt epiſcopus, arg. infra de verbo. ſign. cum clerici. & expreſſum ſup. de præſcript. cum non liceat, ſupra de his quæ fi. a pręla. c. fi. Et inter eas ſit ſpirituale coniugium, ſupra de teſta. requiſiſti, §. ſecus, & melius ſupra de translat. epi. licèt. Dicendum eſt, quod ea quæ ſpectant ad epiſcopū ſuo iure, ſicut eſt iuriſdictio & confirmatio prælatorū: deuoluūtur vacante ſede ad capitulum ipſo iure, ſupra de maio. & obed. cum olim. Sed ſi cū alijs aliquid exercebat, non ad inferiores, nec ad ſuperiores: ſed ad collegas eiuſdē officij deuoluitur hæc poteſtas 65. diſt. c. fi. Idem forte dicendum eſt in abſente, ſiue ex iuſta cauſa abſit, ſiue ex iniuſta. In negligēte autem dic, vt not. ſupra de cōceſ. præb. nulla, & de ſupplen. neg. præl. per totum, ſecundū d. n. cuius eſt hæc tota gl. paucis exceptis. Iura tamen per ipſum inducta minus plenè probant intentionem ſuam. Tu dic de hac materia vt not. ſupra de maio. & obed. his quę, & c. cum olim, & ne ſede vacante, illa, & c. fi. per totum, & de elect. cum in cunctis, in fi. Vicinorum. ſimile 7. q. 1. Pontifices, §. Præſenti. 2. pars.

6 Depræhenſi.] Facti euidentia: puta quia publi-

† Deprehenſus in hęreſi quot modis quis dicatur & uide Eymericum 3. par. 89.

A ce hęreſim prędicauit. arg. ſupra de ritu nup. palam. §. fi. & expreſſum infra de pur. can. inter ſolicitudines. Vel ad rationem poſitus confitetur errorē ſuum & pertinax eſt, ſupra de accuſa. ſi conſtiterit. Vel alias in iudicio confitetur, ſiue conuincitur, ut ſupra de cohabi. cler. & mulie. c. fi. Obumbratione fuſcatus. Poteſt enim talis habere vmbrā religionis, ſed non ueritatē, ſimile ſupra de conſue. quanto. ad finē.

7 Prærogatiua nudetur.] Arg. quod clericus depoſitus non retinet priuilegium clericale, † ad idē 54. diſt. ex antiquis, in fi. quod concedit Alanus. Sed nō eſt verum cum teneatur viuere regulariter. 81. diſt. dictum. 50. diſt. ſtudeat, ſecundum Hug. Solutio. Re-

† Sylueſter in ſumma verbo, degradatio q. 61

B gulariter verum eſt, quod clericus quamuis depoſitus dummodo corrigibilis ſit, priuilegium retinet clericale: & ſic intellige opinionem Hug.

8 Ab hac regula excipiuntur caſus, in quib. ſtatim traditur curiæ ſęculari, puta in hęreſi. niſi incontinēti pęniteat, vt hic: in quo caſu ſatisfacere debet, vt & hic ſequitur. Subaudi tu per pęnitentiā perpetuā in carcere peragendā, infra eod. excōmunicamus, 2. §. damnati. Secundo in falſario domini Papæ, infra de crimine fal. ad falſariorum. Tertio cum quis propter calumniam, quam intulit proprio epiſcopo, deponitur. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum. Si vero depoſitus ſit incorrigibilis: tunc nullo modo priuilegium

C detinet. Et ſic intellige opinionem Alani: immo finaliter poteſtati traditur ſæculari: quòd dic ut legitur, & not. ſupra de iudi. cum non ab homine. Qualiter autem tradi debeat, exponitur hic vbi ſequitur; Sæcularis. relinquatur, &c. infra dr verbor. ſignſ. nouimus, qualiter autem puniantur hæretici, legitur & not. infra eod. excommunicamus. 1. & 2.

9 Spōte recurrere.] poſtquā eſt de hęreſi cōdemnatus. Et ſi ſponte redeat, debet recipi abiurato errore. 24. q. 3. dixit Apoſt. & detrudi in carcerem ad perpetuam pęnitenttam peragendam, infra eo. c. pen. §. damnati. Alias autem ſi non eſſet damnatus de hæreſi, non ſolum ſponte rediens admitteretur, ſed etiā

D ad fidem ſemel ſuſceptam ſeruandam inuitus cogeretur. Et ſic ſoluitur & not. contra 45. diſt. de Iudæis. 23. q. 5. ad fidem.

10 Ad arbitrium epiſcopi.] Olim tamen non recipiebatur niſi in cōſilio † 1. q. 7. ſi quis epiſcopus. Sed propter periculum multitudinis, quæ inualuit, iſtud hodie ad arbitrium epiſcopi eſt redactum, vt hic dicitur, ad idem infra de pur. can. inter ſollicitudines. Abiurare. Vel ſe purgare, infra eod. §. illos, §. laicus autem. 3. pars. Arbitrio. Et idem eſt de clerico impœnitente, prius tamen a ſuis ordinibus degradato

† Simācas de cath. inſt. tit. 1. de abiuratione, nu. 23.

E vt ſupra, §. proxi. & infra c. pœn. §. damnati.

11 Debitam.] Vltio debita eſt ignis † crematio: ſicut probatur ex verbis Domini dicentis. Io. 15. b. Si quis in me non manſerit, per fidem firmā & ſimplicē, ſupra de ſum. Tri. c. 1. in prin. ſed ab ea exorbitauerit, mittetur foras, ideſt, extra cōmunionē Eccleſiæ, ſiue clericus ſiue laicus ſit, per ſententiā excōmunicationis; qui tamē hodie omnes ſunt excōicati, ſupra eo. c. reſponſo 1. & infra eo. excōmunicamus. 1. & 2. Sicut palmes, i. homo infidelis, & inutilis ac mortuus, cū in eo omnino Dei gratia ſit extincta ſupra de rebus eccle. non alie. ſi quis presbirerorum. Et niſi pœnituerit, areſcet, laicus fit, per indi-

† Vide Petrū Godoffredū in l. 4. C. de hæret. & Couarruuiā lib. 2. uaria. reſo. c. 10. nu. 10.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cis eccleſiaſtici condemnationem, & curiæ ſecularis damnationem, & pœnæ corporalis executionem. Si vero clericus ſit, per præmiſſam conſimilē condemnationem, & ſecutam degradationem, & curiæ ſeculari traditionem, & colligēt poteſtates ſæculares.* Eum, *ſcilicet laicum per damnationem corporalis pœnæ, & executionem: Clericum vero in foro ſuo recipient, vt & datam per eos penalem contra eū ſententiam exequatur.* Et in ignem mittent. *miniſtri ſæcularium poteſtatū de mandato eorum.* Et ardet, *ideſt, ad litteram, tradetur igni, & comburetur, ex hac auctoritate ſic expoſita, ſatis poteſt colligi id quod legitur & no. inf. de verb. ſign. nouimus. Lex etiam humana in hac pœna concordat: dicit enim tales vltimo ſupplicio puniendos, C. eo. tit. Arriani.*

12 *Quod vltimum ſupplicium alia lex mortem interpretatur, ff. de pœnis, vltimum ſupplicium. Et tertia lex expræſsè dicit, quod viui crematio† vltimum ſupplicium eſt. ff. de pœnis, capitalium.*

† Hæc diſputatio hodie ceſſat per legem Federici Imp. Incipien. Incōſutilem. ubi ſtatuitur cōburendos eē hæreticos. hæc lex habetur inter literas Apoſtolicas p officio inquiſitionis in fine Directorij.

13 *Hanc etiam penam ſic interpretata eſt generalis conſuetudo, ſecundum quam igni traduntur hæretici vniuerſi. Ergo non ſolum ſecundū legem Euangelicam, ſed & ſecundum humanam, nec non & generalem conſuetudinem omnib. hæreticis debita eſt hæc pœna. Sed & ad hoc præſtat arg. lex Canonica, ſupra eod. firmiſſime. reſponſo, 1. vbi probatur. quod diabolo, & angelis eius participant, æterni ignis incendio puniendi.*

14 *Ideo autem dixi condemnationem in perſonam Eccleſiæ, & damnationem in perſonam Poteſtatis ſæcularis, quia ad Eccleſiam pertinet condemnatio de crimine: et non damnatio corporis; Ad ſæcularē vero ſpectat condemnatio corporis, et non condemnatio de crimine, quæ pœnam corporalē, & eius ſententiam præcedere debet. ſecundum hoc intellige qđ not. in ſumma. eod. tit. §. qualiter deuitetur verſic. ergo cognitis.* Et infra. *Continebatur hic:* Qui vero inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium epiſcopi propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. *Quod non debuit remoueri, ut patet in eo quod legitur & not. inf. eod. §. 1. Sed & hoc hodie temperatur, infra eo. excomunicamus, 1. §. quod dic vt ibi not.*

§. Illos quoque.) *4. pars.*

Et diximus.) *Verum eſt de abiuratione: de purgatione autem nihil dixit in ſuperioribus, ſed dictum fuit hoc in proxima præcedenti deciſione, quæ nō debuit remoueri, ut ibi not. aut hæc littera non debuit apponi. Frequenter igitur dum breuis eſſe laboro, obſcurus fio, ut hic patet, & ſupra eo. ad liberandam. in prima deciſione, vt & ibi not. & ſupra de voto. quod ſuper his. §. rurſus. in fi. in ipſa deciſione. &c. ex multa. reſponſo, 1. verſi.* ſi ergo. *vt & ibi not.*

15 Recidiſſe.) *Nam ſecundum B. recidere peius ſiue periculoſius eſt quam incidere, ſic & deterior dolus eſt illius, qui interruptam iterum litē deſerit, quam qui ſemel cœptam derelinquit, in Authen. de liti. §. ſi vero intra prædictum, in fi. colla. 8.*

16 Sine vlla audientia.) *quo ad bona: vel quoad hoc, vt nulla ipſius excuſatio ſuper hereſi audiatur, quia ſufficit, quod ſemel fuerit conuictus, & cōdemnatus: neceſſe eſt tamen quod condemnetur de recidiua. Sin autem ſtatim ſponte redire voluerit, admittendus † eſt ſecundum quoſdam: ita tamen quod in perpetuum carcerem detrudatur, vt legitur & no. ſupra eod. §. præſenti. Et facit pro his, quia Deus nō vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. 26. q. 6. cognouimus, & in Authen. vt non luxuri. contra naturam. reſponſo, 1. colla. 6. Unde & eccleſia nemini uolenti redire, gremium ſuum claudit, 1. q. 7. ſi quis omnem. C. de ſum. Trin. l. fin. ante fi. & arg. C. eod. tit. l. Manichæos, & de pœn. diſti. 3. adhuc. Alij tamen dicunt, quod iſte eſt caſus ſpecialis in fauorem fidei: et quia omnino reddidit ſe indignum audientia, ex quo abuſus eſt prima gratia ſibi facta. Et hoc credo verius de rigore, & ex mente. arg. ſup. de poſtu. præla. c. 2. cum ſuis concor. 13. q. 3. priuilegiū. 25. q. 2. ita nos. ff. de ſer. cor. inde Neratius. C. de epiſ. audi. l. 3. ad fi. Vbi hoc videtur expreſſum: vnde & talem interli. fecit hic d. n.* Audiētia. *quaſi dicat non proderit eis ſi dicant ſe velle hæreſim abiurare: ac ſi diceret, nullo modo amplius recōciliabūtur, audientur tamen defendendo ſe ſuper alijs criminib. accuſati, vt no. infra eod. ſi aduerſus. reſponſo, 1. Prima tamē opinio de exuberāti æquitate, & benignitate tolerari poteſt: qđ totū finaliter dicimus ad arbitrium boni iudicis redigēdū. arg. in eo quod legitur & not. ſupra de trāſact. c. fi. ad finē.*

§. Statuimus. *5. pars.*

17 Vt comites.) *Non potuiſſet hoc Papa ſtatuere de laicis, niſi ratione immanitatis † criminis. ſic infra, eod. c. 1. ſupra de iudi. nouit. §. 1. in fine. ſimile ſupra tit. 1. ita quorundam. Alij dicunt, quod ideo valuit: quia Imperator præſens fuit, ſiue conſenſit, ſecundum d. n. Tu dicas, ut no. extra eoſdem. d. n. de homi. pro humani. §. ſacri. verſi. ſitque.* lib. 6. *cum ſuis concor.* Iuramento. *ſimile infra eod. excommunicamus. 1. §. moneantur.* Si vero. ver. Noluerint. *ſcilicet Poteſtates ſæculares.*

18 Honore.) *quia hoc ipſo contra Eccleſiā eſſe videntur: quare dignitate priuari debēt. 32. q. 5. præcep tum. 24. q. 1. qui contra Eccleſiæ pacem. quam poteſtatem habet Eccleſia: etiam quoad Imperatorē, quod dic ut legitur, & not. ſupra de elect. venerabilem. §. eos igitur.* Et ad alios. *ſcilicet honores, quib. ſe indignos reddunt: quia turpius eijcitur quam nō admititur hoſpes: & multa impediunt promouendū, &c. ſupra de iureiur. quemadmodum. §. 2. verſic. quia turpius, & §. 2. verſi. profecto,* Eis. *ſcilicet, ſi rebelles fuerint, nec pœnituerint,* Excommunicatione, &c. *ſimile ſupra tit. 1. ad liberandum. §. cæterum.*

19 §. Ciuitas autem.) *6. pars.* Commercio. *ſimile ſupra eod. c. proxi. §. 1.* Priuandam. *propter tantū delictum. ſimile 25. q. ſecunda, ita nos.* §. Si qui vero. *7. pars.* Exempti. *vt Templarij ſecundum d. n. Idem tamen contra diffiniuit extra idem d. n. de uerbo. ſignifi. veniens.* lib. 6. *Dicas ergo vt Cluniacen. & multi alij, quorū priuilegia uidimus; de his. n. aliter iudicari non pōt, ut patet, in eo quod legitur & no. ſupra eo. de uſu palij. c. fi. et inf. de priuil. porro.*

20 *Et ſi quis ſe exemptum, vel priuilegiatū dicat, cum diœceſanus de iure cōi intentionē ſuam fundet, ut ſupra de relig. do. de xenodochijs, cum ſuis cōcor. neceſſe eſt, qđ de priuilegio fiat fides, vt patet 100. diſt. c. tua morē. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ſupra, de*

excep.

excep.cum venerabilis.§.quia uero.& argu.ſupra, de offic.delega.cum in iure peritus exiſtas. Epiſcoporum.qui alias ordinarÿ ſunt. vt ſupra eod. cap. reſponſo 1.verſi.& generaliter. Et eis.ſcilicet epiſcopis.

21 Delegatis.)generaliter & vbique auctoritate huius concilÿ.ſimile ſupra,de off.ord.irrefragabili.§.cæterum.Gratia enim non dat licentiam delinquendi.1.q.7.exigunt.

22 Non tamen propter hoc amittunt in aliÿs exemptionis priuilegium illi,qui ſunt de collegio exemptorum,ſed delinquentes non obſtante priuilegio puniuntur:quia non defendit priuilegium in delictis: quod dic vt legitur,et not.infra,de priuil.tuarum. B Puniētur autem per epiſcopum,qui hoc facit vice Papæ, vt hic dicit.vnde perinde eſt ac ſi Papa hoc faceret. arg.infra,de ſent.excom.mulieres.§.ſi.cum ſuis cōcor.ſecundum Tanc.Tu dicas,quod omnes perdunt priuilegium in illa diœceſi,in qua hoc eſt cōmiſſum inf.eod.excommunicamus,1.§.ſanè clerici.uerſi.ſi. Dicas etiam,quod cum hęc delegatio generaliter ſit cōceſſa,et vniuerſaliter,vt no.ſupra ead.gl.in prin. huiuſmodi delegatio hodie in tali caſu ordinaria iuriſdictio eſt cēſenda.arg.ff.de iud.cum prætor.Nec iſto verbo vſus eſt Papa,niſi quātū ad placādū exēptos: ac ſi diceret;non moueamini propter hoc vos C exempti:quia nō procedit Epiſcopus in his iure ſuo, ſed noſtro.Sed quicquid dicat, poſſunt reſpondere exempti;hæc ſatisfactio eſt puerilis.Nā ex quo ita eſt quantum ad effectū,facit hoc epiſcopus iure ſuo, nec in verbis vim facimus, ſed in rebus.C.communia de leg.l.2.in ſi.C.de dona.l.ſi. Non obſtantib. ſimile ſupra eod.c.proxi.§.1.vbi de hoc.

## c. Vergentis.

### SVMMARIVM.

1 Hæreticorum bona etiam poſt mortem publicantur.
2 Bona hæreticorum confiſcata non reuertuntur ad eos niſi de miſericordia.
3 Blaſpemiæ in Deum,non ſunt impunitæ relinquendæ.
4 Filij filiarum,et filij filiorum hęretici,an ęqualiter puniendi.
5 Bona hæreticorum,etiam ſi habeant filios catholicos,publicantur.
6 Spiritualis pœna in crimine hæreſis non impedit temporalem.
7 In multis delictis hęreſi minoribus,filii ob parentum delicta affliguntur.

VErgentis in ſenium ſæculi corruptelam.& infra.) Subaudi teſtantur nō ſolum elemēta,ſed et hoc,ſicut in integra cōtinetur.noſtrę iuriſdictioni. Loquitur prælatis,vt patet ex ſequentibus.ſimile ſupra,de ſo.compe. ex tranſmiſſa. &c. verum.& de vi.& hon.cle.quoniam.

1 Publicari.†)etiam poſt mortem:quod dic.ut no. ſup. eo. ſi quis epiſcopus. Et in alijs. verſ. ſcilicet terris,quę non ſubiacent eccleſiis,vel prælatis, ſed A laicis. Præcipimus.ſcilicet bona publicari. Per poteſtates.ſim.ſupra c.proxi.§.ſtatuimus.quod dic.ut ibi not. Sæculares.quibus non debet præiudicium generari.ſupra,qui fil.ſint leg.cauſam,et quādiu obedientes,& non negligentes fuerint. Alioquin cōtra vt legitur & no.inf.eod.excommunicamus,1.§.ſi vero Dominus temporalis.verſ.1.Compelli.quod poteſt fieri,23.q.5.adminiſtratores, & ſupra eod. c.proxi.§.ſtatuimus,verſi.1.& ſupra. 1.poſtulaſti.§.fin.& c.Iudæi,ſiue Saraceni.§.fin.

† De hac materia late Zanchin,tract.de hæret.c.25.& Ant. Gomez. to.3.var.reſo. c.14.& Eym. inf.p.3.q.109 & ſeq.

2 Nec ad eos.)ſcilicet hæreticos.Bona.ſcilicet publicata.Eorum.ſcilicet quondam:nunc enim ex quo publicata ſunt,dominium amiſerunt.Miſereri. De B ſola ergo miſericordia reſtituuntur bona, vt hic patet,& etiam quandoque epiſcopatus. 23.q.4. ipſa pietas.ver.item ſi inquiunt.in ſi.& q.7.quod autē. & 1.q.7.conuenientibus.Et no.inf.eo. §. fin.ſuper verbo,exhæredatio. Diſciplina. ſimile ſupra, de elect.cum in cunctis.§.pen.cum ſuis concor.

§. Cum enim.) 2.pars.Sanctiones.C.ad l.Iul. maieſt.quiſquis.& eſt canonizata 6.q.1.§.verum. verſ.ſi quis cum militibus.

3 Quanto magis.)Si enim contra homines illatæ blaſphemiæ impunitæ non tranſeunt. multo magis qui ipſum Deū blaſphemat,dignus eſt ſupplicia ſu- C ſtinere,vt in Auth.ut non luxu. contra naturam, reſponſo 1.& §.1.colla.6.Vnde & infra ſequitur, cum longè grauius ſit,&c.vt inf.eo.§.in ſi.& no. inf.de maledicis,ſtatuimus.Quod eſt Chriſtus.qđ dic vt not.ſupra de elect.ſignificaſti,in ſi. & de ſacra vnct.c.vni.§.vnde in veteri,verſi.1.Cum lōgè.ver.Sit grauius.ſim.17.q.4.ſicut qui Eccleſiā. 23.q.5.apud.Quod.n.in religionē diuinam cōmittitur,in omnium fertur iniuriā.C.eo.tit. Manicheos. Nec debemus dimittere illius inultū opprobrium, qui proba noſtra deleuit.ſupra tit.1.in nonnullis.§. ſi.ad idē ſupra,de decimis tua nobis.§. verū.23 q. 4.ſi is qui.& no.ſupra eod.ſuper verbo,quanto magis.&c.ſi quis epiſcopus.

D 4 Sed quid ſi ita dicat Papa:ſtatuimus,ꝙ hæretici & filÿ eorū vſq; ad quartū gradū non admittātur ad collegium clericorū:Nūquid eſt hoc intelligēdū, tam de filÿs filiarū,quā de filÿs filiorū?† Ita uidetar. Arg.inf.de pęn.in quibuſdā.§.ſacri.vbi de hoc Nā & tales aſtringūt verba & mens. Verba,quia tā hi,quā illi, ab hęretico deſcendūt: & differentia agnationis, & cognationis hodie eſt ſublata, vt in Auth.de hær.quæ ad inteſ.deſe.colla.9.ergo a ſignificatione verborū recedi nō debet:ſicut dicit lex. ff. de l.3.nō aliter.ff.de exerci.act.l. 1.§.ſi is q nauē. E Sed & de mēte idē videtur:voluit.n.princeps punire hæreticū,non ſolū in ſe,ſed in filÿs.arg.ff.qđ metus cauſa,iſti quidem.Pone ergo, ꝙ non habet niſi vnicā filiā;ſi dicas nepotē ex filia deſcēdentē immunē,ergo nō punietur in filÿs, cū alios nō habeat. Itē de mēte videtur,ꝙ ideo ſit facta prohibitio, ne quis ducat filiā hęretici in vxorē.Et merito: qa timeri poteſt de corruptione mariti, & filiorū: ſicut enim vir infidelis ſaluat̃ ꝑ mulierē fidelē:ſic damnari poteſt fidelis per infidelē.ar.ſup. de diuor.quāto.ff.de redhib.act.l.quoad ſi nolit.§.qui ꝑ mācipia.

† De hac materia Eym. infra p.3.q.115. & ibidem dixi copioſè.

Dicendum ergo videtur in fauorē fidei, qđ talis filius,& ſi ſit inculpabilis,puniatur:quia & hoc in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliј cõtingit. Et in hoc etiam poſſumus ſequi diuinũ
A iudicium, vt probatur in hoc c. & in his quæ ſupra
no. Caueat ergo ſibi vnuſquiſq; ne cõtrahat cũ filia
bus Canaan. Gen. 28. c. Econtra videtur: quia nemo
debet puniri ſine culpa, &c. C. de pœn. ſancimus. cũ
ſuis concor. Nec obſtat quod dictum eſt de verbis
ſtatuti: quia cum dicat, filijs, maſculos cõplexus eſt,
& nõ fœminas ſecundum uerba, & ſecundum mẽ-
tẽ: idem eſt cum agatur de pœna. arg. ff. de vẽtre in
poſ. mit. l. 1. §. 1. ff. de pœn. ſi præſes. & l. interpreta
tione. cum ſuis concor. ſupra de teſtam. Raynaldus
reſponſo. 1. ſuper verbo, maſculis. Item videtur po
tius compræhendiſſe agnationem prouenientem ex
B linea paterna, quam cognationem maternam. Inſti.
de leg. agna. ſuc. §. 1. de leg. agna. tu. §. 1. Pręterea,
ex quo quis de legitimis nuptijs genitus eſt, ſequitur
patrem, & non matrem. ff. de ſta. ho. cum legitimè.
quod omnino uerum eſt, cum agitur de dignitatibus
& honoribus, & pœnarum immunitatibus, vt pa-
tet. C. de Decur. eos indulſerunt. & l. exemplo. & l.
nullus. & l. ſi ille. lib. 10. C. de pœ. decuriones. & l.
decurionũ filij, & melius, & expreſſius quantũ ad
pęnas. ff. de pœ. moris. §. ſi ff. de decu. l. 2. §. in filijs.
Sol. non videtur ꝙ talis filius hoc ſtatuto damnet.
potius enim lineã maſculinam, & paternam, quã
feminam, & maternã comprehendit: etiam ſi de im
C munitate agatur, ut probatur ff. de mun. & hon. va
catio. ff. de iure immuni. l. 1. §. vnico. Et dicit lex, ſe
natores, debere vocari ipſos ſenatores, & eorum fi-
lios & nepotes natos ex eis. Nepotes vero nati ex
filiab. nõ ſenatores dicentur, ſed patris ſui conditio-
nem ſequũtur. ff. de ſenato. l. liberos. Si ergo in bene
ficijs, & dignitatib. filius ex matrimonio natus ma
tris cõditionẽ non ſequitur, quanto magis dicendum
eſt, in pœnis contra iura maximè adinuẽtis, non de
beat ſequi conditionem eiuſdem? cum pœnæ legũ in-
interpretatione ſint molliendæ, non exaſperãdæ, vt
ſupra not. Contra iura ẽt generalia eſt, vt filius por
tet iniquitatem patris. ff. de pœnis. l. crimen. ff. de in
ius vocan. adoptiuũ. §. 1. Huic igitur adhærebo fauo
D ri, maximè quantum ad Eccleſiã, quæ innocentẽ pu
nire non deſiderat: immo nec nocenti redeunti clau-
dere gremium conſueuit. Et ſi ſpecialia in contra-
riũ ſint, quædã, metas ipſorum ad conſimilia nõ trã
ſcendã. ff. ad mun. l. 1. C. de decu. l. neque Dorotheũ.
C. de l. leges, ut generales. Inſti. de iu. na. §. ꝙ princi
pi. ff. de. leg. l. ius ſingulare. cum ſimilib. Video inſu
per, quod ſi filius habeat patrem, & auum ſenatorẽ
et ſi pater a ſenatu remoueatur turpiter: tamẽ filius
remanebit ſenator, ut plus ei ꝓſit aui dignitas, quã
obſit caſus patris. ff. de ſena. emancipatũ. §. ſi. Sic et
hic debet dici, vt plus proſit filio patris fidelitas, cu
ius cõditionem naturaliter habet ſequi. ff. de ſta. ho.
E lex naturę. à contrario: quam matris etiam, vel aui
materni infidelitas, quib. quoad multa dicitur alie-
nus: & quoad patriam poteſtatem, & ſubſtitutio-
nẽ pupillarẽ, bonorum poſſeſſionẽ cõtra tab. & alia
multa. Filia enim etiam quoad forum et dignitatem
ſequitur virum, nõ patrem. ff. de ſena. fęminæ. Ergo
multo fortius filius viri ipſum ſequitur. & ſi undiq;
inter patrẽ, & matrem ſit parilitas, tamen viri cõ
ditio præualet, & ſpectanda. ff. de ſenato. l. 1. Filius
enim & pater iuris interpretatione idem ſunt. C. de

A impu. & alijs ſubſti. l. ult. Inſti. de inutil. ſtipu. §. ſi
qui. ꝙ nunquã in matre vel auo reperitur materno.
Cum ergo ſtatutum dicat: & filij eorum: lineã pa
ternam, nõ maternã reſpexiſſe videtur. Alias ſeque
retur, punito filio ipſum patrẽ puniri, quod dici non
debet. Tum ex patris in filium affectione, quæ ſpe-
cialis eſt ſuper omnes. C. de cura. furi. l. ſi. 1. reſpõſo
cũ ſimilib. Tum ex filij infamia, quã licet patri ꝓſe
qui etiã inuito filio. Tum quia ſubſtãtia filij minor
eſſet, quem hẽt neceſſe alere pater ſi oporteat. Tũ qa
filium ſaltem de facto infamem (. ff. de obſequijs a li
beris, & c. l. 1.) in domo cogeretur habere; & in fa
milia patriæ poteſtatis tenere: ꝙ dici non dẽt. Nec
B obſtat ꝙ dicitur de verbis ſtatuti ſeruandis, quia
ꝑꝑ ſententiã ab eis receditur: cum verborum inter-
pretatio nũquã tãtũ ualeat, vt melior ſenſu exiſtat.
38. diſt. ſedulo. C. de liber. præteri. l. 3. C. de fideiuſ.
cum uirũ C. de conſti. pec. l. 2. Nec obſtat ꝙ punire
uoluit princeps hęreticum in filijs. Hoc. n. eſt dicẽ-
dum in proprijs filijs, nõ in alienis: at filius filię nõ
ſuus eſt, ſed alienus, cum non ſit in poteſtate ipſius,
vt C. de iur. do. l. ſi. §. ſi quoquomodo. de rei uxo. act.
l. vnica. §. accedit. verſi. extraneum. Nec obſtat ꝙ
princeps arcere uoluerit hæreticũ, ne quis contrahat
cũ filia eius: qa hãc pœnã expreſſam non inuenis in
ſtatuto, ſed ſolum in filijs eius, ut puniãtur in cleri
C promotione. Non ego eam extendam, ſed reſtringã,
ut odioſam, quia cum vir caput ſit vxoris, veriſimi
lius eſt ipſam trahi ad legem ipſius. Unde & hoc
deterius contingere poſſet ſi cũ catholico filia nube
re nõ poſſet ſcilicet augmẽtũ hęreticorũ, & diminu
tio catholicorũ. Et quia vir, qui diuinare non potuit
hæreſim alienã ꝑꝑ iuſtum ſuum errorem, puniri nõ
debet. Si vero ſciẽter talẽ duceret, ei forſitã eſſet im
putandũ, vt not. inf. de pęn. in quibuſdam §. ſacri.

§. Nec huiuſmodi.) 3. pars (Orthodoxorum)
filiorum, vt ſequitur.

5 Exhæredatio.) Hic expreſsè habes, quod bona
hæreticorum confiſcãtur, ſiue habeant filios catholi
cos ſiue non: ſed econtra: qa filij catholici ꝓpter hoc
D hæreditate paterna priuari non debent. C. eod. titu.
Manicheos, & l. cognouimus. & Authen. idem de
Neſtorianis, Sotilla iura hodie per hoc quod hic dici
tur corriguntur, & per l. Federici. Hac edictali. quę
hoc idem dicit, & fuit olim poſita in quinta compila
tione. eod. tit. nec debui remoueri. Et eſt ratio, vt le
gitur, & not. infra eod. verſ. 1 Vel intelliguntur de
gratia ſecundum iſtam, ut ſupra eod. c. reſponſo. 1.
& not. ſupra c. ſi quis epiſcopus. Quia vero ſuper
hoc ſunt diſſenſiones, ſi vis amplius proſequi hanc
materia vide in ſum. eod. tit. §. qua pœna.

6 Impedire) ideſt ſpiritualis pęna non debet impe
dire temporalem, nec conuerſo: immo vtraque eſt
E imponenda, ſicut & infra de maledicis. c. 2. & arg.
extra d. n. de re iud. cum ęterni, in ſi. Nec mireris
ſi in hoc caſu filij propter delictum patris exhęre-
dentur, cum multis, &c. ut infra ver. 1.

7 Cum in multis. verſ. Caſibus † Alijs minori
bus iſto, & in quib. hoc minus uideretur. Multo ma
gis ergo & in iſto de quo magis videtur. arg. ſupra
de elec. cũ in cũctis, in prin. cũ ſuis concor. Dominũ
iudiciũ quod nec fallit, nec fallitur. infra, de ſen. ex
com. nobis. 2. Et hoc patet per multa exẽpla. 1. q. 4.
§. item

*§.Item pro peccato ciuium,& ſequẽtibus. quod dic vt plene not.infra de pœnis,in quibuſdam.§.fi.* Et iuxta canonicas.*verſ.*Sanctiones.15.*q. vlt. cum multæ,ſupra,de fil.presby.per totum,infra,de pęn. inquibuſdam.§.fi.cum ſuis concor.*In progeniem. *In qua magis punitur pater quam in ſeipſum,vt patet ff.quod metus cauſa. iſti quidem. & in eo quod legitur & not.infra de fil.præsbyt.litteras.*

## c.Si aduerſus.

### *SVMMARIVM.*

1 Quod ſpecialiter iubetur magis timetur.
2 Scriniarij,ideſt,tabelliones.
3 Cur ſit prohibitum pro hæreticis patrocinari.
4 Hęreticis in qb.ſit defenſio denegata vel nó.
5 Soli Iudici eccleſiaſtico licet hæreticis captis conſilium dare,& qualiter.
6 In nullis cauſis Iuriſperiti hæreticis patrocinentur.
7 Notarii ſuſpenſi,durante ſuſpenſione,non valent inſtrumenta.
8 Aduocati ſuſpenſi an valeat patrocinium , & & quid faciendum.
9 Aduocatus ſuſpenſus exercens officium, non fit irregularis.
10 Suſpenſi à minoribus,miniſtrãtes,an fiant irregulares.
11 Papa quoad forum ciuile infamiam irrogare & tollere poteſt.

SI aduerſus nos terra cõſurgere,*et infra.*
1 Plus timeri ſolet.] *Hoc ſumptum eſt ex illo canone 23. diſtinct quamquam. Sic & dicit lex,quod ea quę generaliter dicuntur,niſi ſpecialiter notentur,neglecta videntur.ff.de iniur.item apud Labeonem.§. ait prætor. arg.ad hoc ſupra,de confir.vti.bonæ.§.fi.ſupra, de dolo & contu.c.2.§.fi.in prin.ſupra,de offi.lega.ꝙ translationẽ.cum ſuis concor.*Specialiter.*Ideoque quandoque quod de iure cõi cõpetit generaliter, ſpeciali priuilegio impetrat, ut patet ſupra de procur. quia in cauſis.ſupra de iure iur.& ſi Chriſtus.§.fi. & not.ſupra de æta.& qual.accepimus.§.licet igitur.ver.ex ſuperabũdãti.& ſupra eod.ſicut ait.§.1.*
2 Scriniariis.]*ideſt tabellionib.ſupra de præſcrip. ad audientiam.§.fi.verſ.nec credentes. vbi de hoc. ſimile 25.quæſt.2.ſancimus.§.vniuerſa.inf. eo.excõmunicamus.1.§.credentes.verſ.fi.infra de ſentẽ. excomm.nouit.*Defenſoribus.*qui omnes hæretici iudicãtur.infra eod.excõmunicamus.1.§.credẽtes.*
2 Auxilium vel fauorem.]*Cum ſint excommunicati.infra eod.exocmmunicamus,1.§.credentes.& ſup.eo. ſicut ait. Sed contra,quia ſi cõueniantur,nõ eſt eis iuxta exceptio ſine ſententia denegan.vt patet ſupra de except.cũ inter priorem.§. 1.cum ſuis concor.Sol.illud poteſt habere locum infra annum poſtquã eos conſtiterit tales eſſe. Nam elapſo anno niſi interim ſe correxerint,inter hæreticos cõputantur.infra eod.excommunicamus.§.credentes.Vnde non admittuntur ad aliquam defenſionem cũ bona ipſorum debeant confiſcari,immo & eis licite aufe-*
A *runtur.23.q.5.non vos.& q.7.c.1.Melius tamen eſt ſi auctoritate Eccleſiæ uel iudicis hoc fiat.23. q.3.ſex differentiæ ſunt.C.de pig.l.2.ſecundum B. Non placet hæc glo.& dic de prima parte,vt not. infra.eod.excommunicamus,1.§.credentes. De ſecunda vero parte dic,quod etſi non poſſint defendere quo ad bona,poſſent tamen aliter criminaliter accuſari,vnde in illis non eſſet in iudicio iuſtitia deneganda.*
4 *Sed ad defendendum hæreſim nullatenus audirẽtur,quod per iura inducta ſuperius ſatis patet. Nec obſtat in Authen.de priui.dot.poſt medium.l.ver. ſed ſi ſint eis inaggreſſibilia.coll.6.vbi expreſſe di-*
B *cit,quod nec benẽficiis iuris,nec aliquibus aliјs priuilegiјs tales poterunt ſe iuuare:quia illud ius,& ſimilia,intelligi poſſunt quantum ad accuſationem, ſiue impugnationẽ,vel actionẽ,et hæreſis defenſionẽ.ſupra,eod.ad abolendam,§.illos.vbi de hoc..In aliјs autẽ criminibus quo ad defenſionẽ, iuſtitia nõ denegabitur:quia nec in hoc attenditur fauor hæretici,ſed æquitas iudicantis,vt legitur & not.ſupra de excep.cum inter priorẽ.§.1.Et hoc ſatis apparet hic.nam ex eo quod hoc ſolis aduocatis & ſcriniariјs,non tamen iudicibus nulla ſit hic mentio,prohibetur,ſatis patet,ꝙ de ipſis iudicibus contrariũ ſenſit quantum ad iuſtitiam faciendam.arg.in eo quod*
C *legitur,& not.ſupra de præſcri.nonne. Nec obſtat ſi dicas,quod talis hæreticus eſt : & ſic ſtatim eſt puniendus. Nam & poſt deprehenſionem,ſi ſponte redierit,admittitur,& in monaſterium eſt detrudẽdus.inf.eo.excommunicamus.2.§.penul. ibidem igitur ſe defendere poſſet ſuper alio crimine accuſatus argu.C.de his,qui ad eccleſiã cõfu.l.fi.§.1.& reſpõſo 1.Maxime ſi præuentus fuiſſet in alterius criminis accuſatione.ſupra de foro compet.propoſuiſti.*
5 *Tamen excepto iudice,qui nec iudex eſt, niſi ſit in eo iuſtitia.infra de ver.ſig.forus.§.in omni. nulli aliј pſonæ licẽt talibus conſiliũ, vel auxiliũ, vel cõmunionẽ aliquã niſi ad ſalutẽ animæ, etiã in cau-*
D *ſis uel factis aliјs impartiri,ut patet infra eo.§.1.*
§.Nec eis.]2.*pars.ſcilicet hæreticis.*
6 In cauſis.]*ſcilicet criminalibus.*Vel factis.*ideſt quibuſcũque negotiјs,quaſi dicat,nec in iudicio,nec extra,infra de uerb.ſign.forus.§.negotium.*Vel aliquibus.*ſcilicet aliјs,etiam catholicis.*Sub eorum *ſcilicet hęreticorum,qui nullatenus iudicare poſſũt, nec aliqua publica officia exercere.infra eod.excommunicamus,1.§.credentes.*Patrociniũ.*ſcilicet,vos Iuris periti etiam magno ſalario dato:quod alias liceret.11.q.3.non licet.quod dic,vt not.ſupra tit.1. cum ſit nimis abſurdum.§.fi.*Facere.*vos tabelliones.Sed nonne iudices tales contra iuſtitiam condẽ-*
E *nabunt,ſi fuerint ſuper aliјs criminaliter accuſati? Non quod dic vt no.ſupra eo.reſp.1.in fi.*
§.Quod ſi contra.]3.*pars.*Præſumpſeritis.*vos aduocati,ſeu ſcriniarii,quibus tantum ſcribit,ut patet ſupra eod.c.reſponſo 1.*
7 Suſpenſos,]*qua ſententia durante non valebũt confecta inſtrumenta.arg.1.in eo quod leg.& not. ſupra de conſuet.cum dilectus.§.quia nobis.& 10. diſt.vides filiј chariſſime.C. de leg.nõ dubiũ,ſupra de elect.qualiter poſt,mediũ,in fi.et infra eod.excõmunicamus,1.§.credẽtes.ver.quòd ſi forte.& ſeq.*

8 Sed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8 Sed quid de patrociniſs: nnm illa de facto tenẽt? Reſpondeo, erũt forſan ſententię irritãdæ, vt dicũt quidam. Alij contra. Credimus, quòd hoc eſſet per ſummum Pontificem declarandum. ſupra, qui filii ſint legit. per venerabilem. §. rationibus. ſupra, de feudis. c. 1. ſupra, de conſtit. c. ſi. cum ſuper hoc nullum ius expreſſum habetur, niſi quod aduocatus per exceptionem poterit remoueri. infra eod. excommunicamus, 1. §. credentes. & §. quod ſi forte. in ſi. uel dic lucrum pauperibus erogandum. arg. in eo quod legitur & not. ſupra ti. 1. ex ſpeciali.

9 Sed nunquid ſi taliter ſuſpenſi officium ſuũ exequantur, irregularitatem incurrũt? Ita uidetur, vt infra de cle. excomm. mi. c. 2. verſ. 1. extra de ſent. excom. cũ medicinalis. §. ſi. verſ. quoniam, cum ſuis concor. lib. 6. Sed hoc falſum eſt: Nec obſtãt iura inducta: quia loquũtur quando aliquis ſuſpenditur ab officio ſpirituali ordini ſacro annexo, ut patet. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus dãnatus. et c. ſi quis epiſcopus in concilio: vbi etſi non ſiat mentio niſi de ipſo presbytero & diacono: tamẽ idem intelligẽdum eſt, & de ſubdiacono, cũ hodie † ſacer ordo exiſtat, ut patet in eo quod leg. & not. ſupra, de ſer. non ordi. miramur.

† Subdiaconatus ſemper fuit ſacer, q̃uis aliquãdo non fuerit ſacer reputat', vt ait gloſſ. in ca. A multis. in verbo Solos, extra, de ætate & qualit. ord.

10 De ſuſpenſis autẽ à minoribus ordinibus hãc pęnam expreſſe non inuenio iure cautam, quare non uidetur, ꝙ ad ipſos ſit extendenda. arg. ſupra. de tranſla. epiſc. c. 2. §. ſed neq; verſ. ſi. cũ ſuis concord. Nã & vbi pœna expreſſe inuenitur, cum ſit odioſa, non eſt dilatanda, ſed potius reſtringenda. ff. de pœn. ſi preſes. & l. pen. Multo minus ergo dicam irregularitatem incurrere ſuſpenſum ab officio publico tẽporali, de quo hic loquitur: etſi propter tranſgreſſionẽ alias ſit puniẽdus. arg. in eo quod legitur & not. ſupra, de dolo & contu. veritatis. §. ſi. verſ. in nomine domini. in princ. Sed verũ eſt, quod clerici etiam inferiorũ ordinum irregularitatem incurrere poſſunt: quod dic ut plene not. infra, de cler. excom. min. c. 2.

11 Infamiæ.] Et ita Papa poteſt etiam quod ad forum ciuile infamiam irrogare, cum & ipſam poſſit tollere, vt hic. & arg. ſupra, qui fil. ſint legit. per venerabilem. Eſt tamen argu. cõtra. 2. q. 3. §. hinc colligitur. ſecundum B. quod dic, vt not. ſupra, de ſecundis nupt. c. pen. & ſi. & ſupra, de re iudic. cum te.

## c. Cum ex iniuncto.

### SVMMARIVM.

1 Conuenticula fieri prohibita, & quare.
2 Officium prædicationis priuilegiatum.
3 Singula officia, ſingulis committenda.
4 Soli ſacerdotes prædicent; aut ſaltem qui ſunt miſſi.
5 Vbi maius periculum, cautius agendum.
6 Martyribus aliquid imperantibus, non ſtatim credendum.
7 Miraculis non ſtatim credendum, & quare.
8 Erubeſcendum eſt ſacerdotibus imperitis,
9 Exempla & vulgaria prouerbia q̃n probent.
10 Peccantem corrigere Euangelicè quilibet tenetur & qualiter.
11 Ad denuntiationem Euangelicam, an quilibet admittatur.
12 Quomodo intelligendum præceptum Domini de correctione fraterna.
13 Clericus violentiam corporalem inferens prælato; excommunicatus eſt.
14 Intellectus huius textus.
15 Ob negligentiam poteſt remoueri prælatus.
16 In remouendis ſacerdotibus, negligentibus, & inutilibus qui ordo ſeruandus.
17 Qui inſtituit, deponit: & qui ligat, ſoluit.

CVm ex iniuncto, & infra. Studium.] ſubaudi, habere, vt ſupra, de magiſt. ſuper ſpecula. & ſupra, ne cle. vel mo. ſuper ſpecula. §. quia vero. In eo tamen ver. Arguendi. ideſt reprehendendi. Quod occulta. Prima reprehenſio, quam proſequitur infra eo. reſpon. & §. Deus enim. & ſeq.

1 Cõuenticula. quæ intra eccleſiam fieri prohibẽtur. C. de epiſcopis & cle. conuenticula. Et etiam extra eccleſiam, vt ibi not. & probatur infra eod. excõmunicamus, 1. § adiicimus. ver. 1. C. de ſum. Tri. l. 2. Alioquin capitalis eſt pœna, vt patet C. de his qui ad eccleſiã confu. denũciamus. Sed nec eſt de ſide coadunatis turbis publice diſputandũ. C. de ſum. Trin. l. 2. quamuis & quandoque expediat reſpondere. 43. diſt. in mandatis. ante ſi. Prohibentur etiam conuenticula talium: quia timetur de conſpiratione. 11. q. 1. conſpirationũ. & c. coniurationum. 79. diſt. ſi quis Papa. Et licet omnium conſpiratorum graue ſit peccatum, ut patet ex prædictis iuribus, & in eo quod not. ſupra, de re iud. cum I. & A. iſtorum tamẽ maius eſt peccatum, & pęna debet etiam maior eſſe, ut patet in eo quod legitur & not. ſupra eod. uergentis. §. cum enim. ver. cum longe. Et officium. Secunda reprehenſio, & hanc proſequitur infra eod. §. ſicut enim. per totum.

2 Prædicationis.] quod priuilegiatũ eſt multis modis, vt legitur & not. ſupra, de ſta. mo. quod Dei timorẽ. & patet infra eod. §. ſicut enim. ver. 1. Et ſacerdotũ. Tertia reprehenſio, quæ & probatur infra eo. §. licet autem. Simplicitatem. Et male 38. diſt. ſedulo. Illudunt. Omnis illuſio generaliter reprobatur. ſupra de poſtul. præl. bonæ, 2. §. nec nocebat. Et eorum. Quarta reprehenſio, quæ omnino eſt deteſtanda, ut patet infra eod. §. ſi. Conſortium. Nõ ſolũ ſacerdotũ, quos propria temeritate euitant, vt patet infra eo. §. ſi. ſed etiã aliorũ omniũ. Qui talibus. ſcilicet conuenticulis, vſurpationib. illuſionibus, & ſacerdotũ euitationib. Non inhærent. quaſi dicat, tales volunt omnes eſſe, quales ipſi ſunt: ꝙ ſi aliter ſe habuerint, ipſos tanquã excommunicatos euitãt.

§. Deus enim.] 2. pars. in qua intendit quod ſupra dixit de occultis conuenticulis improbare. Lux vera. Ioan. 1. Tenebrarum. ſimile ſupra, de off. de leg. conſuluit. §. ne uero. Omni creaturæ. Mar. c. ſi. Dicens. Matth. 10. cap.

§. Sicut enim.] 3. pars in qua improbat quod ſupra dixerat de vſurpatione officii prædicandi. Et ſumitur hoc ex eo quod legitur Rom. 12.

3 Sed non omnes.] immo ſingula officia ſunt ſingulis cõmittẽda. 89. diſtinct. ſingula. & patet in eo quod legitur & not. infra, de præbend. cũ non ignores.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*res.* Qui ſecundum Apoſtolum. *Eph.* 4. Alios dedit. &c. *ſimile infra eod. c. penult.* A

† Inop. 6. c. 49. Côc. Cat ag. 4. c. 98. eſeit Iuo p. c. 32.

4 *Nullus enim quantumcunque litteratus ſit, prædicare debet, † niſi ſacerdos ſit. 16. q. 1. adiicimus. Vel ſaltem niſi ſit miſſus, vt infra eod. §. verſ. nam ſecundum Apoſtolum, & c. excommunicamus, 1. §. quia vero. vbi de hoc. & arg. 23. q. 4. diſplicet.*

§. Cum igitur.] 4. *pars.* Doctorum. *id eſt prædicatorum. ſim. infra eod. c. ſicut in vno §. vnico. in prin.* Præcipuus. *& priuilegiatus. vt not. ſupra eo. reſponſo 1. verſ. 1. ſuper verbo prædicationis.*

5 Indifferenter.] *immo cum maius periculum immineat, cautius eſt agendũ. 42. diſt. quieſcamus, 32. diſt. §. verũ. 1. q. 1. §. ecce cũ honoris.* Nã ſecũdum B
Apoſtolum. *ad Ro.* 10. *d.* Et etiá veritas ipſa. *ſcilicet Chriſtus præcepit Apoſtolis, Luc.* 10. *a* Mittat, *quaſi dicat nullus ſibi vſurpet, ſed miſſus ſolũmodo admittatur, vt hic, & 21. diſt. in nouo.* Quod ſi forte. *ver.* Argute reſpondeat. *ideſt, arguendo nos ſic opponet: Domine, non debetis dicere quod tales, tanquam non miſſi non admittantur*. Quia tales, &c. *Sed huic ſtatim reſpondet infra eo. ver. 1.* Dignior. *Verum dicit ſi de illa conſtaret, vt patet ſupra, de regularibus, licet. reſponſo 1. ver. talis ergo. & 19. q. duæ ſunt. Sed non eſt credendum cuilibet, ut patet ſupra, de regularib. licet. §. ſi vero dubitetur. Vnde oportet, quod aliter probetur, quam nudo verbo il-* C
*lius, qui dicit ſe miſſum, vt infra eod. verſic. 1. & verſ. ſed oportet, & ſequentibus.*

6 Poteſt rationabiliter.] *verſ.* Non ſufficit. *Bene dicit: nam etſi martyres aliqua mandent, nõ ſtatim ſunt facienda; ſed ante eſt, vt ſciamus illos à Deo quæ poſtulant, impetraſſe. 50. diſt. ſi quis præpoſtera. Nec ſemper eorum miraculis eſt credendũ, vt not. infra eod. verſic. ſi oportet. ad fin. & patet in eo quod legitur & not. ſupra, de reliq. & venera. ſanctorum. c. 2. in fi. ad idem. 42. diſt. quieſcamus.* Nude tantum. *id eſt ſine ſigno miraculoſo, uel teſtimonio ſcripturæ ſufficienti, vt not. infra, verſ. 1. Nam nec ipſius iuramento crederetur: tum quia* D
*ſolus eſt. ſupra de teſti. licet 1. in fi. & c. cum à nobis. Tum quia in re propria generaliter nullus eſt idoneus teſtis. 4. q. 3. verſ. item nullus. & verſ. itẽ omnibus & not. de hac materia ſupra de teſti. in omni negotio.* Aſſeueret. *Nec enim ſufficit dicere, niſi & probetur, ut hic. & legitur, & not. ſupra, de conceſ. præben. cũ ſuper queſtione. et ſupra, de re iud. cum ſuper controuerſia.* §. Sed oportet. *verſic.* Aſtruat. *Aſſerendo ſtruat, ſiue inſtruat, hoc eſt probet, ſiue confirmet.*

† Vide S. Thomam 2. 2. q. ... a. art. 2.

7 Miraculi.] *Sed nec miraculo ſtatim credendum eſt, quia & quandoque per malos, † & peccatores miracula fiunt. 1. q. 1. teneamus. & not. ſupra eod.* E
*verſ. poteſt rationabiliter. Ideoque antequam fides adhibeatur, de vita & miraculis diligenter eſt inquirendum. Et poſtea referendum ſedi Apoſtolicæ, quæ hoc reprobet, vel confirmet, vt legitur & not. ſupra, de reliq. & venera. ſanctorum. cap. 1. ad fi. & ſupra, de teſti. venerabili.* Hoc *autem quod dicit de miraculo, ſtatim exemplificat infra eod. verſ. 1.* Scripturæ. *Et hoc exemplificat infra eod. verſic.* Ioannes. Vnde cum Dominus. *verſ.* Vellet *Exo.* 4. Ioannes quoque. *verſ.* Dicens. *Matth.* 10.

A §. Licet autem. 4. *pars in quo improbat, quod ſupra dixit de illuſione ſimpliciũ ſacerdotum.* Scientia. *etiam eminens: licet competens toleretur, vt legitur & not. ſupra de elec. cũ nobis olim. §. his igitur. uer. illius quoque. & de renun. etſi cum pridem. §. pro defectu.* Propheticum. *Malach.* 2. *c.* Labia ſacerdotis. *ſimile 42. diſt. ſit rector. 11. q. 1. ſacerdotibus.* Cuſtodiunt. *ideſt cuſtodire debent.*

8 Exquirunt.] *ſcilicet ſubditi, vnde pudibundum eſt ſi neſciunt reſpondere. 43. diſt. in mãdatis. ad fi. Quare et talis debet eſſe, qui omni poſcenti ſciat reddere rationem. 36. diſt. §. ecce quod. ante fi.* Nõ eſt tamen *verſ.* à ſcholaſticis, *38. diſt. ſedulo, multo mi-*
B *nus ab alijs ſubditis, 6. q. 1. oẽs, & c. præceden. & ſeq.* Cũ in eis. *quamuis ſimplicibus.* Propter quod. *verſ.* Præcepit. *Exo.* 22. Non detrahes. *per hoc quod dicit Dominus*. Sacerdotes, &c. Nec quiſquam. *ver. in quo reſpondet oppoſitioni, quæ ſibi fieri poſſet exemplo aſinæ, quod ſtatim ſequitur.*

9 Exemplo.] *Licet enim non ſit exemplis, ſed legibus iudicandum. C. de ſen. & interlo. nemo iudex. quod qualiter intelligatur, not. ſupra, de re iud. in cauſis. Exempla tamen ſacræ ſcripturæ & hiſtoriarum † frequenter inducuntur, & ipſa probationem inducunt, vt hic. & ſupra. de elect. uenerabilem §. obiectionem. uerſ. quod autem. in fi. Sicut & prouer-*
C *bia vulgaria antiquorum, vt patet in eo quod legitur & not. ſupra tit. 1. etſi Iudæos. reſpon. 1. in fi.* Quod aſina. *2. q. 7. ſecuti ſunt. & c. nos ſi incompetenter.* Legitur. *Nu.* 22. *f.* Prophetam. *ſcilicet Baleã, vt infra verſ. 1.* Vel *ſcilicet illo ſcripturæ teſtimonio, quod Dominus dixit. Io. 8 f.* Quis ex vobis. *huic reſpondet infra, eod. ver. & aliud. & ſimile locutus ſum. Io. 18. de quibus not. ſupra de ſimo. c. 3.* De malo. *Subaudi, ſed non obſtat exemplum de aſina: & ſic continuatur ſequẽs ver. cũ* aliud ſit, *& c.*

† Vide Iaſonẽ & doctores in l. 1. ff. ſi certum pet.

10 Cum aliud. *verſ.* Quod quiſque tenetur. *ſcilicet occultè reprehendere, vt hic. & argum. 23. q. 5. non putes. non manifeſtè vel publicè. Illa enim cor-*
D *rectio ad ſuperiorem, vel iudicem tãtũ ſpectat. arg. 23. q. 4. duo iſta. & c. forte. Prælatus enim ſubditũ ſicut pater filium, & publicè poteſt corripere, & occultè. Vnde Apoſtolus 2. Tim. 4. Argue, obſecra increpa. 45. diſt. c. 1. 8. q. 1. quid autem. Filius vero patrem, vel prælatum ſubditus † publice reprehendere ſiue corripere non debet, vt legitur hic, & probatur, 21. diſt. nolite. & in eo quod legitur & no. ſupra, de maio. & obe. cũ inferior. reſpon. 1. correctio ergo canonica & occulta, de qua hic loquitur, ad omnes ſpectat ſecundum Euangelicam veritatẽ. Manifeſta vero ad prælatos, ſiue iudices tantũ, vt hic diſtinguitur. Et ſecũdum hoc poteſt intelligi. 2.*
E *q. 1. ſi peccauerit. et faciat ad hoc 22. q. 6. hoc videt.*

† Vide Alfonſum Caſtrum lib. 13. aduerſus hæreſes, verbo, ſubditus.

11 *Ad denunciationem autem Euangelicã, quæ admonitionẽ & probationẽ requirit. 45. diſt. ſi illud. ſup. de teſtibus. in omni negotio, & quæ ſit ad penitentiã. 2. q. 1. ſi peccauerit. videtur ꝙ quilibet ſit admittendus arg. 2. q. 7. qua propter. Dummodo ſit perſona honeſta. & ſupra, de ſpon. cum in tua. ſecundũ B. Tu dic vt ibi not. & ſupra, de cogna. ſpirit. tuanos. & plenius ſupra, de iud. nouit. reſponſo 1.* Euangelicã. *Matth.* 18. *e. Si peccauerit in te fratrer tuus, & c.* Balaã. *per quẽ ſuperior intelligitur.* Ab aſina.

*quæ*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ tenet figuram ſubditorum. Subaudi, ſed nec ob-
ſtat quod obiectũ eſt ex ſcripturæ teſtimonio. ſupra
eod. ver. nec quiſquam ibi, quis ex vobis, &c. Nam
& aliud eſt, &c. vt ſequitur. Et aliud eſt. verſ. Pa
trem ſuum. Aliàs fratrem. Reprehendere. Cum
reprehenſus ſe non ſubmittat: alioquin contra. infra
eo. ver. & rurſus. Manifeſte. ad detractionem
tantum, quod non licet. infra eo. verſ. & aliud.
12 Euangelicam.] ſupradictam, ex eo enim quod
dicit, corripe eum inter te & ipſum ſolum; Et quod
ſequitur, duos vel tres teſtes adhibendos, ſubaudi, et
non plures: ſequitur quod hoc intelligendum eſt tan
tum de occulta, & non publica correctione. arg. in
eo quod legitur, & not. ſupra, de præſump. nonne.
Nam qui etiam dicit. verſ. Fratri fatue. ſicut legi-
tur Matth. 5. c. & 55. diſt. ſi Euangelicam. Et rur
ſus. verſ. Innocentia. ſicut Chriſtus, qui ſemper in
nocens eſt, & fuit. 1. Pet. 2. g. Qui peccatum non fe
cit, &c. Supponit quod poteſt. 2. q. 7. nos ſi incom
petenter. ff. de iuriſdi. om. iudi. eſt receptum. Et tũc
nulla poteſt notari detractio, ſiue iniuria, quæ volẽ
ti et ſcienti nõ infertur. ff. de iniur. l. 1. §. vſq; adeo.
13 Hæc autem ſuppoſitio quantũ ad violentiã cor-
pori inferendã, à nullo clerico fieri poteſt, quin vio
lentiam inferẽs excommunicatus ſit. Nam etſi ma
nus non ſit violenta reſpectu ſupponentis: tamen
propter iniuriam, quæ fit Eccleſię, temeraria iudica
tur, vt patet, in eo ꝙ legitur, & not. infra, de ſen. ex
cõ. cũ deſideres. §. ſi. et c. cõtingit interdũ, 1. Sed nec
quo ad iuriſdictionem hoc licet ſine ſuperioris licen
tia ut infra eo. et not. ſupra, de foro cõp. ſignificaſti.
Nec q̃tũ ad forũ pęnitẽtiale. infra, de pęn. oẽs. §. 1.
14 Quid eſt ergo, uel qualiter eſt hoc intelligẽdũ ꝙ
hic dicit? Reſpondeo indiſtinctè hoc intelligi põt in
Papa. 2. q. 7. nos ſi incõpetenter. & 2. q. 4. auditum
eſt.. Alias audiſtis, quo ad iura poſitiua, quæ ipſũ nõ
ligãt, nec ligare poſſunt, vt patet in eo quod legitur
& no. ſupra, de cõceſ. prębẽ. propoſuit. Quo ad alios
autẽ omnes intelligendum eſt hoc tãtum extra iudi
cium, ſecundum quod fit. ſupra, de iure iur. ueniẽs. et
c. Quintauallis. Niſi hoc fieret de licẽtia ſuperioris
& dummodo nulla violentia inferatur, vt patet ex
pręmiſſis. Verbum Domini. Quis ex vobis arguet
me, &c. Et ſi male locutus ſum. &c. ut ſupra eo. uer.
nec quiſquam. Et aliud. ver. Quia ſubditus ſine ali
qua ſubmiſſione ſuperioris. Reprehendendi. ideſt
corrigẽdi: nõ ꝙ hoc liceat in publico: ſed hoc ideo di
cit, quia minus peccaret, ut poteſt colligi in eo ꝙ legi
tur & not. infra, de ſent. excõ. cũ ab homine. reſpon.
1. & ſupra, de coha. cler. & mue. veſtra. 1. itẽ aliud
eſt. In prælatum. ꝙ nulli licet, vt ſupra eod. ver. &
aliud eſt. Obſequendi. ideſt obediendi. ſimile ſupra
de reb. eccle. non alie. c. ſi. reſponſo 1. cum ſuis cõcor.
§. Quod ſi fortè. 5. pars. in qua improbat, quòd
ſubditi contemnendo proprios ſacerdotes, eoſdem vi
tant, & faciunt euitari, vt no. ſupra eod. c. reſpon. 1.
& verſ. & eorum conſortium, &c.
15 Inutilis.] nam & propter negligentiaw remoue
tur. infra eo. c. & in ſi. & 81. diſt. dictum C. de off.
præfect. ori. ſi quos. 18. q. 2. ſi quis abbas. quod dic
vt legitur & not. ſupra, de off. cuſto. c. 1. §. ſi. ſupra,
de renun. c. ſi. reſpon. 1. ſupra, de ſimon. licet Heli. §.
cum igitur. verſ. 1. Remoueri. Subaudi temeritate

A propria minime ſunt vitandi, quàmdiu ab Eccleſia
toleratur, niſi forſan eſſent notorij fornicatores, uel
ſimoniaci. 32. di. §. verum. & legitur & not. ſupra
de coha. cler. & mul. veſtra. & ſupra eod. veritas.
16 Sed agendum eſt, &c. Ordinare, &c. Puta per
modum accuſationis vel denuntiationis, vt legitur
& not. ſupra, de accuſ. qualiter, 2. §. pen. Et eſt hic
argu. quod ſeruandus eſt ordo iuris. ſupra, de accuſa.
ad petitionem. §. ſi. uer. 1. vbi de hoc. Apud epiſco-
pum. quod dic vt legitur & not. ſupra, de offi. ar-
chidia. cum ſatis. ad idem. 16. q. 7. nullus. infra, de
priu. cum & plãtare. §. in eccleſiis. ſupra, de capell.
mon. c. 1. Inſtitutio. ſcilicet auctorizabilis.
B 17 Deſtitutio.] Nam eius eſt ſoluere, cuius eſt liga
re regulariter, quod dic vt not. ſupra, de maio. et obe
dien. cum inferior. Et ſic & examinatio perſonæ ad
illum pertinet, ad quem manus impoſitio ſpectat. ſu
pra, de elec. uenerabilẽ. §. 1. ver. eſt enim regulari-
ter, & c. Sic omnis res, & c. infra, de regu. iuris. c. 1.

## c. Excommunicamus.

*SVMMARIVM.*

C 1 Hæretici omnes tametſi diuerſarum ſecta-
rum conueniunt quantum ad errorem.
2 Qualiter intelligatur hæreticos relinqui curia
ſæculari.
3 Leges deferentes bona cognatis hæretico-
rum, correctæ.

EXcómunicamus, itaque.] &c. Supe
rius. ſcilicet ſupra, de ſum. Tri. c. 1. &
2. Quia de varietate. alias de vanita
te. ſim. infra eo. excõmunicamus, re-
ſponſo 1. In idipſum. quantũ ad erro
rẽ hęreticũ: omnes enim hęretici iudicantur, licet ſe
ctæ diuerſæ ſint. 24. q. ſi. §. ſi. & §. ſeq. vſq; in finẽ.
D 1 Damnati vero. ver. Relinquantur.] qualiter
hoc intelligatur, legitur et not. infra, de uerbo. ſign.
nouimus. Sunt & alij caſus in quibus degradatus
ſtatim ſæculari relinquitur poteſtati, vt not. ſupra
eo. ad abolendam. §. præſenti. Puniendi. niſi ſtatim
ſponte reuertantur, in quo caſu ſunt in monaſterium
detrudendi. vt infra eod. c. penult. §. 1. & legitur et
not. ſupra eod. ad abolendam.. §. præſenti.
3 Ita quod bona. verſ. Cõfiſcentur.] Corrigitur
ergo lex, quæ defert bona cognatis hęreticorũ. C. co.
tit. Authẽ. idẽ de Neſtorianis ſecundnm d. n. vt pa
tet hic. & ſupra eo. uergẽtis. §. 1. & 2. vbi de hoc.
E Stipendia. pro rata. arg. ſupra, de teſtamẽtis, rela-
tum 2. §. ſi. & c. Raynutius. §. a cuius. verſ. penul.

## §. Qui autem.

*SVMMARIVM.*

1 Ob ſolam ſuſpicionem hæreſis probabilem
purgatio indicitur.
2 Deficiens in purgatione pro conuicto habe-
tur; & plura nu. 10. in fine.
3 Negligẽs ſe purgare, olim ſtatim tradebatur
curię

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curiæ ſæculari, hodie ſecus.
4 Qui poſt purgationem vel abiurationem recedit, curiæ ſæculari traditur.
5 Excommunicatus ob contumaciam, quando & quomodo fiat de hæreſi ſuſpectus.
6 Quæ pęna eius, qui ſe purgare negligit.
7 Tentans ſe purgare, & deficiens, non excommunicatur, ſed pro conuicto habetur.
8 Verba; velut hęretici condemnentur, pulchrè explicata.
9 Ob præſumptionem iuris, & de iure, poteſt aliquis vt hæreticus condemnari.
10 Gradus quattuor per quos ad condemnationem veniuntur, ob hæreſis ſuſpicionem.
11 Speciale eſt in crimine hæreſi, vt elapſo termino mora purgari poſſit.
12 Quot & qualia incommoda afferat annalis contumacia.
13 Hæretici ipſo iure ſunt condemnati.
14 Legibus ciuilibus per eccleſiam approbatis vtendum in crimine hæreſis.
15 An aſſignato termino ad Purgationem, videatur indicta purgatio?
16 An abſens cui iudex indixit purgationem, & terminum aſſignauit, ſi non compareat, debeat velut hęreticus condemnari.

1. §. QVi autē. ] 2. *pars*. Suſpicione ſola. *id-
eſt præſumptione, intelligas tu proba-
bili, & ſic nō obſtat 2. q. 1. primo. Talis enim ſuſpi
tio ſiue præſumptio purgationem inducit, vt ſequi-
tur, vnde quod infra dicit, monſtrauerint. expone,
ideſt, monſtrare neglexerint.*
2 Anathematis, &c. ] *nam et ſi deficiat in præſtan
do is cui indicitur, tanquā conuictus punitur, & ſic
ſine aliquo temperamento poteſt intelligi quod le-
gitur ſupra eo. ad abolendam. §. laicus, & infra eo.
§. adiicimus, infra de pur. can. inter ſollicitudines.*
*§. fi. ſupra de cohabi. cle. & mulier. tua. ſup. de ſimo
nia. de hoc autem. §. 1. & cap. inſinuatum. §. fi. &
de hoc not. infra de pur. ca. cum P.* Qualitatem.
*quia hoc ſemper attendendum eſt, vt conſiderata
ſuſpicionis, & perſonæ qualitate, purgatio indica-
tur. 2. quæſt. 1. omnibus, infra de pur. cano. inter ſo-
licitudines.* Satisfactionem. *ſimile infra eod. §. cre
dentes, quod dic, vt ibi plenè notatur.*
3 Anathematis. ] *olim vero talis ſtatim relinque
batur poteſtati ſæculari, vt ſupra eod. ad abolendā.
§. laicus in deciſione: ſed hodie per annum expecta-
tur, vt hic ſequitur, & poſtea velut hæreticus con-
demnatur, vt in fi. huius §. & ſic traditur poteſta-
ti ſæculari, ſupra eod. ad abolendam §. 1.*
4 Euitentur. ] *quod ſi poſt purgationem† præſtitā
vel abiurationem factam in hæreſim eandem rein-
ciderent, ſæculari iudicio ſine vlla penitus audien-
tia relinquuntur, ſupra eod. ad abolendam, §. illos
quoque.* Ita quod ſi per annum. *ſubaudi hac de cau
ſa excommunicati, vt præmiſit.* Ex tunc. *ſcilicet
elapſo anno. ſimile infra eod. §. ſi vero dominus, &
§. credentes, & accidit hoc propter contemptum, in
fra de exceſ. præla. c. fi. reſponſo 1.*
5 *Si quis igitur hac de cauſa excommunicatus per
annum in rebellione perſtiterit, veluti hæreticus cō*

† Eym. par. 2. q. 58. & par. 3. in 1. mō p ... ſſum termi nandi, vbi di ...

A *demnatur, vt ſequitur, ſin autem propter crimen
alind, pro conuicto habetur 11. q. 3. rurſus, & cap.
quicunque. Quòd ſi pro ſimplici excommunicatus
contumacia fuerat, non immerito de hęreſi habetur
ſuſpectus. maximè ſi per biennium excommunica-
tionem ſuſtinuerit animo indurato. infra de pęn. c.
fi. vbi de hoc multo fortius ſi per triennium: in quo
quidem caſu beneficijs eccleſiaſticis omnibus eſt pri
uandus, ſupra de æta. & qualit. cum bonæ. Ad idē
ſupra de appel. paſtoralis, in fi. infra de cle. excom.
mi. poſtulaſtis, in fi. & cap. fin. in fi. & ideo dixi,
maximè, & multo fortius, quia idem eſt ſi per an-
num, vt hic, & in ſuperioribus iuribus. Cum ergo*
B *excommunicatus pro ſimplici contumacia, ex quo
per annum excommunicatus ſtetit, de hæreſi meri-
to habeatur ſuſpectus, vt ſupra not. ſi contra talem
agatur, aggrauetur manus hoc modo.*
6 *Vt quia de hæreſi tali de cauſa ſuſpectus habe-
tur infra certum tempus, ſecundum quod indicenti
purgationem videbitur, debeat ſe purgare; ſi eandē
purgationem ſibi indictam, præſtare neglexerit, ob
talem negligentiam vt cōtumax iterum poterit ex
communicari: et ſi poſtea in hac excommunicatione
per annum ſteterit, veluti hæreticus debet iudicari,
vt hic dicitur: per quod euidenter patet; quod maxi
ma eſt poteſtas eccleſiaſtica, & quod nullus debet*
C *cōtemnere Petri claues, infra de exceſ. pręlat. tāta.*
7 *Quid ergo ſi non fuerit negligens: ſed ſe purgare
tentauit, in purgatione tamen defecit? Reſpondeo,
Tunc non eſt locus excommonicationi, nec per conſe
quens annali expectationi, ſed incontinenti poteſt,
tanquam conuictus de hæreſi condemnari, vt patet
in eo, quod not. ſupra eo. §. ſuper verbo, ſuſpicione ſo
la. Qualiter autem contra contumacem in crimini-
bus ſit alias procedendum, dic, vt plene not. ſupra
de dolo & contu. veritatis.*
8 Velut † hęretici. ] *licèt in veritate poſſit eſſe,* † Vide Archi
D *quod non eſt hæreticus: tamen ac ſi eſſet propter tā* diac. Io. And.
*tum contemptum eccleſiæ & clauium, ex quo ſi con* & Franchum
*demnatus eſt, pœnas hæretici incurrit, ſim. infra de* in c. cum con
*ſenten. excomm. ſi uero aliquis, de quibus legitur et* tumac. de hæ
*not. infra eod. §. credentes, arg. infra de rapto. c. 2. in* ret. lib. 6.
*fra de exceſ. prælat. tanta, in authen. de priuil. dot.
hæreti. muli. non præſtan. quaſi in medio, coll. 8. &
ita, etſi hæreticus non ſit, tamen veluti hæreticus
condemnatur, & eſt ſimile quod dicitur; Sit tibi ſi
cut ethinicus, & publicanus, ſupra de iudi. nouit. re
ſponſo 1. uerſ. ſed eum Dominus, eſt ergo talis ve-
lut ideſt præſumptus hæreticus iudicandus. Sed con
tra: quia etiam pro præſumptione vehementi non
eſt quis de tanto crimine condemnandus, ſupra de*
E *præſump. litteras §. fin. in prin. vbi de hoc.*
9 *Sol. Illud verū eſt de præſumptione facti, vel iu
ris tantum, vt ibi: ſecus de præſumptione iuris &
de iure, vt hic, quæ non admittit probationem in cō
trarium, vt patet in eo quod not. ſupra de ſponſal.
bis qui fidem.* Condemnentur. *ſi moniti competen
ter redire noluerint, & ſic non obſtat. 1. q. 8. conue
nientibus, ſed & tales vitandi ſunt, & ante admo-
nitionem, ne ſecreta fidei noſtræ, quibus nos impu-
gnēt, eis exponamur, ſiue reuelemus 43. diſt. in mā
datis, & ſic intellige 24. q. 1. quæ dignior domus.*
10 *Et nota gradus per quos in hoc caſu ad condem
nationem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nationem criminis hereſeos peruenitur. Primus eſt ſuſpicio notabilis. Secundus, quòd propter hãc ſuſpicionẽ indicatur purgatio. Tertius, quod ſi negligat ſe purgare, propter hoc feratur in ipſum excõmunicatio. Quartus, quod ſi hac de cauſa ligatus in ſentẽtia per annum pertinaciter permãſerit, ſequatur cõdemnatio. Primus ergo eſt ſuſpicio. Secundus purgatio. Tertius excommunicatio. Quartus annualis limitatio: aſcenſis enim & obſeruatis diligenter per ordinem his quattuor gradibus, ſequitur condemnatio: alias caſum ſententiæ appetit, quę iſtis gradibus in tali caſu poſtpoſitis, quęrit per abrupta aſcenſum argu. 48. diſtin. cap. ſi.*

*11 Et not. quod licet alias poſt terminum perẽptorium lapſum, & datum ad aliquid faciendũ non audiatur quis nec poſſit mora purgari regulariter, niſi gratia fiat, vt patet in eo quod legitur, et not. extra d. n. de reſti. ſpol. frequens, §. pen. Hic tamen ſpeciale eſt, quod poſſit purgari mora. & eſt ratio, quia nõ debet quis de tanto crimine nimis leuiter condemnari vt patet ſupra de præſump. litteras, §. vlt. & magnum priuilegium eſt Eccleſię, vt ex hac cauſa & hoc ſeruato ordine, poſſit aliquem tanquam hæreticum condemnare, & de hoc not. infra de pur. cano. cum P. Manconella.*

*12 Hic igitur notandum, ꝙ annalis contumacia quandoque aufert rei poſſeſſionem, vt patet, C. vt in rem act. l. 2. ſupra vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. in alijs, & §. ſeq. nec mirũ, quia & quandoque quod plus eſt, aufert omnem defenſionem, & inducit ſufficientem præſumptam probationem, & per conſequens iuſtam condemnationem, vt hic, & 11. q. 3. rurſus, & c. quicunque, ex quibus iuribus hoc, quod hic dicitur, videtur eſſe ſumptum.*

*13 Hodie vero non eſt neceſſe, quod tales per Eccleſiam condemnentur, ſicut patet per l. Federici poſitam, C. de hæreti. in modum Authen. quæ ſic dicit:* Gazaros, Patharenos, Leoniſtas, Speroniſtas, Arnaldiſtas, circũciſos, & omnes hęreticos vtriuſque ſexus, quoſcunque nomine cẽſeantur, perpetua damnamus infamia: diffidamus, atque banimus, cenſentes, vt omnia bona talium confiſcentur: nec ad eos vlterius reuertantur: ita quod filij eorum etiamſi orthodoxi ſint, ad ſucceſſionẽ eorũ peruenire non poſſint, cum longè grauius ſit æternam, quam temporalem offendere maieſtatẽ. Qui autẽ inuẽti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ iuxta cõſiderationem ſuſpicionis, qualitatẽque perſonę propriã innocentiam cõgrua purgatione mõſtrauerint, tãquã infames & bãniti ab omnibus habeantur: ita quod ſi ſic per annum permanſerint, extunc omnes tanquam hęreticos condemnamus. *Ergo hodie non eſt neceſſe, quod per Eccleſiam excõmunicentur, vel condemnentur, ſed ſufficit, quod talibus purgationem indicat, quam ſi præſtiterint, bene quidem: alioquin, ipſo iure banniti & infames habentur, & ſi ſic per annum permanſerint, ipſo iure ſine aliqua ſententia velut hæretici ſunt damnati, vt patet per prædictam conſtitutionem.*

† Alfonſus Caſtrus li. 2. c. vlt. de iuſta heret. pun. ver. ad id igitur.

*14 Nec obſtat, † quod crimen hæreſeos eſt de foro Eccleſiæ, quia dicta conſtitutio fuit per Romanam Eccleſiam non ſolum approbata, ſed procurata, &* A *ſic ea vti poſſumus, ſupra de conſti. Eccleſia ſanctæ Mariæ, & patet in eo quod not. infra, de ope. no. nun. c. 1. & ſupra, de ſolu. c. 2.*

*15 Sed quid ſi Eccleſia ſuſpecto aſſignet terminum ad purgationẽ prẹſtandã; nunquid per hoc videtur indixiſſe purgationem, ita ꝙ ſi non venerit, & hac de cauſa excommunicetur, & poſtea per annũ expectet: & in eadem contumacia permaneat, debeat velut hæreticus iudicari? Dicunt quidã quod ſic: quia pro eo qđ non venit, patet quod per eum ſtetit quominus purgatio indiceretur: vnde perinde eſt ac ſi indicta eſſet, arg. ff. de reg. iur. ad ea. §. ſemper, & l. iure ciuili. ff. de cond. & demonſt. l. iure ciuili. & l.* B *quib. diebus. Quod non placet: quia aliud eſt tantũ purgationẽ indicere, & aliud ad purgandũ terminũ aſſignare, aliud vtrumq; facere: ita ꝙ ſi tantũ alterũ interueniat, nunquam poteſt dici quod in nõ purgando cõtumax ſit. ſi enim terminus aſſignetur tantũ, nõ poteſt dici, quòd aſſignetur ad purgationẽ indictam, ſed indicandã, infra de pur. can. c. ſi. in prin. Si igitur non veniat, & ſit contumax in non veniẽdo non tamen eſt contumax in non purgando: quia nõ poteſt dici cõtumax reſpectu purgationis indicẽdæ cũ adhuc non ſit in rerũ natura, arg. ff. de iure codicill. quidã referũt, ſupra de cõſt. cum acceſſiſſent, §. ſi. Itẽ ſi purgatio ſit indicta: ſed nõ ſit terminus aſ-* C *ſignatus, de facili non poteſt comprehendi cõtumacia, arg. in eo quod legitur, & not. infra de offi. ord. irrefragabili. §. exceſſus. niſi dicas intelligẽdũ eſſe, ꝙ ſtatim purget ſe arg. ff. de verbo. ob. cũ q Calẽdis qđ in hac materia durũ eſſet ſentire. Sic igitur vtrũque requiritur, ſcilicet, ꝙ terminus aſſignetur, & ꝙ purgatio indicatur, vnde, & in dicta conſtitutione Gazaros, iniungitur ad mandatũ Eccleſiæ, vel ad arbitriũ epiſcopi, ſupra eod. ad abolendã, §. ſi laicus in deciſione, vt ibi no. ex qua et iſte §. uidetur ſumi. & tẽperatur hic pęna illius, et ꝙ ad hoc faciẽdũ terminus perẽptorius aſſignetur, arg. ff. de iudi. ad perẽptoriũ, et ll. ſequẽtib. ſupra de offi. deleg. conſuluit,* D *et probatur ſupra de re iudi. quod ad conſultationem, ſupra de cohab. cler. & muli. c. penul. §. pen. & ſi. ſupra de ſim. de hoc, & c. inſinuatum.*

*16 Sed quid ſi ita dicat iudex; Volumus, decernimus & mandamus, ꝙ ſuper tali ſuſpicione te purges ad arbitriũ noſtrũ: & ad hanc purgationẽ præſtandã, tibi talẽ terminũ peremptorium aſſignamus: in quo niſi veneris, & dictã purgationẽ præſtiteris, cõtra te quantum de iure poterimus procedemus: & ipſo non veniente excõmunicatur pro eo quod nõ venit: nec dictã purgationẽ vt citatus erat, præſtitit? Hic locũ poteſt habere iſte §. niſi citatus reputãs ſe grauatã à tali mãdato ex iuſta cauſa expreſſa, duxerit appellandũ, ſupra de appell. præterea, & extra d. n.* E *in eo. tit. cordi. lib. 6. ſupra de re iudi. ꝙ ad conſultationẽ, quã tamẽ ſi Eccleſia velit excludere, indicat purgationẽ declaratam, & bene formatam, et bonę famæ de tali contumaci, quamuis abſenti: ad quam præſtandã iterũ aſſignet ei diem peremptorium, in quo niſi venerit, excommunicet ipſum: quia purgationem ſibi indictam non præſtitit, & ſic omnino locus eſt huic §. nec contumax audietur appellãs 2. q. 6. §. ſunt quorum. Nec mireris, quod dixi: abſenti & cõtumaci purgationem determinatam & ſpe-*

eiſicatam indici poſſe: cui tamen forſan indiceretur, ſi præſens eſſet rationibus ſuis auditis: nam idem eſt & de ſententia definitiua, quæ plerumque datur contra abſentem contumacē, & tamen forte non datur contra præſentem, & de iure ſuo docentem, vt patet C. de iudi. properandum, ſupra, de elect. extra d. n. ſtatuimus. lib. 6. ſupra, de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. extra d. n. eum qui. eo. lib. Hæc enim contumacia operatur, quæ vt ſupra not. & poſſeſſionē & proprietatem rei aufert, & probationem ſufficiētem inducit, ac exceptionem & defenſionem excludit. & adde quod not. infra de pur. can. nos inter alios. & c. inter ſollicitudines. §. fin. & de pęn. c. ſi.

## §. Moneantur.

*SVMMARIVM.*

1 Magiſtratus ſæculares renuentes præſtare iuramentum de fide defendenda, de hæreſi ſunt ſuſpecti.
2 Forma iuramenti de fide catholica tuenda, & cur hodie non pręſtetur.
3 Dictiones perpetua, & temporalis, cur in textu poſitæ?
4 Requirendi ſunt domini temporales, vt hæreticos expellant.
5 Magni princeps quomodo excommunicandi in hac cauſa?
6 Magiſtratus ſæculares excommunicati poſſunt per metropolitanū & ſuffraganeos, & velut hæretici condemnari, & quando.
7 An ſpectet ad ſolum Papam priuare principes dominijs ſuis ob hæreſim?
8 Diœceſanus poteſt bona laicorum Eccleſiæ rebellium, catholicis exponere occupanda.
9 Eccleſia contra res, & contra perſonas poteſt inuocare auxilium ſæculare.
10 Pęnæ rebellium in Eccleſiam quales?
11 Regulariter nemo ob alterius delictum punitur: ſed hoc fallit vt hic.
12 Dominus principalis ob hæreſim ſui ſubditi non amittit ius ſuum: & quid in feudis, & bellis iuſtis & iniuſtis.
13 Sed ſi ſe Eccleſię opponat, non gaudet hoc priuilegio.

MOneantur autem.] 3. *pars*. Compellantur ſęculi poteſtates. *ſim. ſupra eod. ad abolendam. §. ſtatuimus. dic. vt ibi not.*

1 Fideles.] *igitur ſi hoc iuramentū pręſtare renuunt, reddunt de fide catholica ſe ſuſpectos vnde ſi propter talē ſuſpicionem indictam ſibi purgationē non exhibuerint, & propter hoc excōmunicati fuerint, & talem excommunicationem per annū ſuſtinuerint, poterūt extunc tāquā hæretici condēnari, ꝙ dic, vt legitur & not. ſupra eod. §. proxi.*

2 Sacramentū, quod de terris.] *Hæc eſt ergo forma, † quā præſtare tenentur domini tēporales ab Eccleſia requiſiti: in qua & aliud debet addi, ſcilicet, quod catholici ſunt. in Authen. de iureiur. quod pręſtatur ab his. §. & æquus ero. coll. 2. Quid eſt ergo quod hoc ſacramētum de facto hodie nō pręſtatur? Reſpondeo Epiſcoporū negligentia eſt in cauſa, quę*

Eymericus var. nō pro ab initio. ōciliū Bit ū. c. 32.

A *in eis in hac parte admodum eſt veneranda, ſicut et in alio ſimili ſupra, de treuga & pace. c. 1. Sed et poteſt dici, hæc quæ hic dicuntur, & not. locu tantum habere in terris ſiue prouincijs, in quib. fama eſt hæreticos habitare. arg. in eo quod legitur & not. infra eo. §. adijcimus.* Studebunt. *Diligentiam voluit notare, & fugare omnē fraudē, & negligentiam, ſi uero dominus tēporalis, & c. ut inf. eo. §. 1.* Ita quod. *ver.* Ammodo. *quaſi dicat, quicqd hactenus fuerit.*

3 Siue perpetuā.] *Hoc dicit propter Comitatus, Ducatus, & alios Principatus, in quibus filij ſuccedunt, vt not. ſupra, de voto licet.* Temporalē. *Hoc dicit propter Poteſtates, Conſules, & Rectores, qui*
B *ad annum eliguntur. ſupra, de iudi. c. ſi. & de immuni. Eccle. aduerſus. ſicut & hoc de vtriſq; exēplificatur ſup. eod. ad abolendā. §. ſtatuimus, in prin.* Teneatur. *ſi reqratur, ut infra eo. §. 1. in prin. ꝙ dic, ut not. ſup. eo. §. ſuper, uer. ſacramentum ꝙ de terris.*

§. Si vero Dominus.] 4. *pars.*

4 Et monitus.] *Eſt ergo requirendus & monēdus, quia cum excommunicari debeat ex hac cauſa, vt ſupra eod. §. proxi. in prin. aliter excommunicari non debet niſi monitus & rebellis, vt hic patet, & ibi, & infra de ſenten. excom. ſacro.*

5 Per metropolitanum, & cęteros.] *in cōcilio ſupra tit. 1. cū ſit nimis. §. 1. & de præb. graue, ſi for-*
C *ſan rex fuerit, vel magnus princeps, qui ei æquiparari valeat, vel quaſi, puta qa habet ſub ditione ſua vnū metropolitanū, & ſuffraganeos. 6. q. 3. ſcitote. 3. q. 6. non liceat. & c. vnaquæque. & ſeq. In concilio enim talia grauia, & ratione pſonæ, vel negotij de quibus agitur, ſunt tractanda. in Authen. de ſanctis. epi. §. vt autē omnis eccleſiaſticus. col. 5. coll. 9. & 18. diſt. propter eccleſiaſticas, 1. & 2. Sed cōtra, quia ſolus diœceſanus cum concilio clericorum hāc ſententiā ferre poteſt. ſupra eod. ad abolendā, reſponſo 1. Reſpondeo. Verū eſt niſi ratione ſcandali,*
D *vel grauitatis negotij oporteat cęteros epiſcopos cōuocare, ut ibidē patet, & hic. et infra eo. uer. 1. alias enim unuſquiſq; epiſcopus ſubditū ſuū excōmunicat quē vicini epiſcopi tenētur denūciare, & ſnīa approbare ad requiſitionē excōmunicantis, ut patet in eo quod legitur & not. ſup. de tregua & pace. c. 1. §. 1. & infra, de rapto. c. 1. Sed nūquid pōt Epiſcopus ſic excōmunicare ſubditū, ut in ſua parochia tātū, et nō in alia ſit excōmunicatus, Videtur ꝙ ſic. arg. ff. de iuriſdict. om. iudic. l. ſi. & de appel. paſtoralis, in fine. & de conſti. ex litteris. & expreſſius 58. diſt. ſi qs de alterius, & 34. diſt. placuit. ubi de hoc not. Io. Sed cōtrariū uerum eſt: nā ſemel excōmunicatus in una Eccleſia, excōmunicatus eſt quoad omnes. ut 4.*
E *q. 5. quiſquis. unde, et ab omnib. eſt uitādus, infra, de raptor. c. 1. & 3. q. 4. nullus, & c. ſeq. 11. q. 3. excōmunicatos.* Et ſi ſatisfacere. *uer.* Sūmi Pōtifici. *Tū rōne grauitatis negotij, ut patet in eo ꝙ not. in pcedēte gl. Tū rōne grauitatis infligēdę pęnę, ut ſequitur.*

6 Ex tūc.] *ideſt elapſo anno ſed & ipſe Dominus tēporalis tanquā propter hoc ſuſpectus de hæreſi p eoſdem metropolitanū, & ſuffraganeos poterit excōmunicari: ita quod ſi per alium annum hāc ſecundā excommunicationis ſententiam corde ſuſtinuerit indurato, extunc velut hæreticus, poterit condemnari, ut patet in eo quod legitur et not. ſupra eo. c. §. 1.*

7 Fide-

7 Fidelitate.) *inflictio huius pœnæ ad ſolum ſpectare Papam videtur, vt hic. & 15.q.6.alius. & c. ſanctorum. & ſeq. & prӕceden. vel ad illum cui ſpecialiter hoc committit infra de pœnis.c.fin.quantum tamen ad hoc crimen ſpectat, non oportet hodie ad Papam recurſum habere, quia ipſo facto de iure ſunt abſoluti vaſſalli, vt infra eod.c.fi.*

8 Exponat.) *mandando prædicari crucē, quod nullus inferior Papa poteſt facere, vt legitur & no. infra eod.§.1. alias autē ſine prædicatione crucis poſſet diœceſanus, vt puto bona excōmunicati ſubditi, & rebellis, ac per annum expectati exponere, vt patet in eo qd legitur & no. extra d.n. de homicidio. ꝑ humani.§.ſacri concilij. verſ. ſitque cum ſuis. lib.6. quod ſic probo: poteſt enim perſonā exponere etiam clerici incorrigibilis: hoc non poteſt verti in dubiū quia expreſſum eſt nedum in crimine hæreſis. ſupra, eo.c.reſpon.1.ver.1.et c. ad abolendam.§.præſenti. ſed etiam in quolibet crimine, & qualibet contumacia: ex quo Eccleſia nō habet vltrà quid faciat, ut patet in eo quod legitur & no. ſup. de iud. cū non ab homine. infra de verb. ſign. nouimus. ſed ſi hoc poteſt de perſona clerici, multo fortius in perſona laici, vt patet in eo ꝙ legitur. & not. ſupra de foro cōp. ſignificaſti. & ſi hoc poteſt de ꝑſona laici, multo fortius, & de rebus. arg. 12.q.2. præcipimus. C. de ſacroſan. Eccle. ſancimus, 1. et in eo ꝙ legitur et no. ſup. de dona. inter ui. et uxo. ꝑ ueſtras.§.fi. ſup. q fil. ſint leg. ꝑ venerabilē. reſpō. 1. ſupra de decimis. ex parte, 3.*

9 *Generaliter† enim non ſolum in res, ſed etiā contra perſonas poteſt Eccleſia inuocare auxilium brachij ſæcularis, vt patet in eo quod legitur & no. infra de homici. poſtulaſti. infra de cleri. excom. miniſtran.c.2. in fi. cum ſuis concor. & in ſeq. gl.*

† Eyme.3.p. q.57. Gōdiſa. de hære.q.11. nu.17. Repertor. verſ. brachium.

10 Poſſideant.] *& ſic inuadendi ſunt rebelles, & bona ipſorum occupanda ab alijs catholicis, Eccleſiæ auctoritate interueniente, vt hic, & 23.q.fi.§. his ita reſpondetur, & c. ſequentibus, & q.5.§. ipſis autē principibus, & c. ſi apud carnales, & ſequentibus. Qui enim tales, & taliter impugnant à locis ſuis expellendo, vel eos damnificando, vel pecunias auferendo, diligētiſſimi rectores, & pij conſultores intelliguntur, vt ead.q. ſi nos contra Eccleſiā Chriſti, & c. ſequentib. nā & necandi ſunt, & ciuitates igne cremandæ: ita quod ſine habitaculo ſint in ęternū. ead.q. ſi audieris, & maximè dominus tēporalis, qui iuſtitiam facere negligit impetendus eſt, ut ead. cauſa.q.2. dominus. & q.4.c.1. et ſequentib. et in §. breuiter monſtratum eſt. & capitulis præceden. & ſequen. & 3.q.7. qui ſine. & arg. in Authen. vt differen. iud.§. pen. & fi. coll.3. & 2.q.7. ſicut & in fidei. alias fideli.*

11 Saluo iure.) *ver. arg. quod propter † delictū vnius, alius puniri non debet. quod regulariter omnino verum eſt, vt patet in eo quod legitur & no. ſupra de his, quæ fi. a maio. par. c. quæſiuit. quandoque tamen caſu aliter accidit contrarium, vt patet in eo quod legitur & not. ſupra eod. vergentis.§.1. & infra de pœn. in quibuſdam.*

† Zanch. de hęr.c.28. Alf. Caſt. lib.2.c.10. & 11. de iuſta hær. puni.

12 Domini principalis.†) *id eſt maioris & immediatè ſuperioris: nam res immobiles prioris Domini ſunt. ff. de capt. & poſtli. re. l. antepenul. ff. de acquir. rerum do. l. & transfugam. C. de capti. ab hoſtibus. Vel dic, quod vbi inter Chriſtianos iuſtum eſt bellū ex parte vna, ex altera uero parte iniuſtū, is, qui iuſte pugnat omnia occupata ſua facit: quę tamen ab alio in feudum non tenētur C. de capti. l.5.§. in pace. 23.q.5. dicat quis, & q.7. ſi de rebus. ff. de acq. rerum dom. naturalem.§. fi. ſed & feudalia iure occupare poſſunt: ſaluo tamē iure domini innocentis à quo tenētur, vt hic. Vbi vero infideles vel Chriſtiani iniuſte pugnantes bona immobilia iuſte pugnantiū occupant, & poſita recuperantur, ad antiquū dominū tantū reuertuntur, vt in d.l. ff. de capti. l. ſi captiuus. mobilia uero, quę īfideles occupāt, ſua ſunt, ut ff. de capti. l. antepenul. & alijs duabus concor. ſupra inductis, in ver. huius gl. quæ incipit, mobilia. nā ſi fideles fiunt heretici iniuſtū bellū fecerunt, uniuerſa reſtituere cōpellūtur, ut patet in eo ꝙ legitur & no. ſupra de iureiur. ſicut. & infra vbi de hoc. & ſecundū hoc intellige ꝙ not. extra d.n. de homicidio. pro humani.§. fi. ver. pen. ſuꝑ verbo. diffidatus, et in uer. ipſius gl. quæ incipit: ſecūdū iudiciale.*

† Spec. tit. de feudis. verſi. 40. quæritur. nu.61. Albe. ſuper ſtat.3. p.q.17.

13 Opponat.] *nā ſi hoc faciat, nullo modo poteſt vti priuilegio, vt patet ſupra eod. ad abolendam. in fine, immo, & contra ipſum poterit procedere Eccleſia hac de cauſa, vt ſupra, eod.§. legitur, & not. Eadem.* ver. Lege ſeruata. *vt ſcilicet, ſi negligentes fuerint, excommunicentur, vt ſupra, eod.§. à principio. vſque ad ver. ſaluo. Omnino enim illa contra tales locum habent. illud autem quod dicit ver. ſaluo, ex quo non habent dominos, locum habere non poteſt: quia nequit ſaluari ius domini, qui non eſt iure rum natura. arg. ſupra de conſti. cum acceſſiſſent.§.1. uerſ. per quod euidenter, cum ſuis concor.*

## §. Catholici.

*SVMMARIVM.*

1 Quomodo auctoritate Eccleſiæ bellum fieri poſſit.

2 Crux ſeu vt noſtri loquuntur) cruciata, non poteſt ſine Papæ licētia prędicari, & quare.

3 Quam indulgentiam conſequantur, qui hęreticos perſequuntur, & de priuilegijs cruce ſignatorum.

CAtholici.) 5. *pars.*

1 Accinxerint) *Arg. quod auctoritate Eccleſiæ bellū† fieri poteſt. ad idem. 23.q. fi. igitur. & c. hortatu. 15.q.6. auctoritatem. 63. diſt. Adrianus. quod uerum eſt contra inimicos fidei: uel cōtra eos qui Eccleſiam impugnant, ſecundum Ber. uel ei rebelles exiſtunt, quod dic ut no. ſup. eo.§.*

2 *Crux tamen prædicari nō poteſt, niſi de Papę licētia ſpeciali, ſicut nec nomē ipſius redimi, ut patet in eo quod legitur & no. ſupra de uoto. ꝙ ſuper his. & c. ſequentibus. Et hoc tribus rationibus. Prima eſt, quia nemo poteſt crucis receptæ uinculū ſoluere niſi Papa: uel is cui hoc cōmittit, ut dictū eſt. ergo nec inducere ſeu ligare. arg. in eo ꝙ legitur et not. infra de reg. iur. cap.1. ſup. de maio. et obed. cum inferior. Secunda: quia ad ſolum Papam pertinet proprie & principaliter de fide reſpondere, & per cōſequens eius acceſſoria expedire. 14. quæſt.1. quoties. & no. ſupra eod. ad abolēdam. reſpō.1, & arg. ff. de reg.*

*regul.iur.cum principales.Tertia eſt quantitas indulgentiæ:de qua ſequitur,quam nullus poteſt facere niſi Papa,ut infra not. De cæteris hanc materiam tangentibus,dic,vt plene not.in ſumma de uoto.§.in quo caſu,& à quo crux debeat predicari.*

Eyme.3.p. q.117.&ſeq. Eich.de hęr. c.37.nu.4.& Iacc ibid.Cāpeg.

3 Indulgentia.† ] *quæ eſt remiſſio omnium peccatorum,ut patet ſupra de Iudæis. ad liberandam. in textu deciſionis, ibi not.§.nos ergo, quam nullus poteſt facere niſi Papa,vt ibi no.cum in alijs inferioribus ad xl.dies communiter, & in maiori caſu ad annum poteſtas ſit limitata, vt le. & no. infra de pœn.cum ex eo.§.ad hæc quia per indiſcretas.De cęteris priuilegijs cruce ſignatorum,dic ut plene le. & no.in textu deciſionis,ſiue dicti ca.ad liberādā.*

## §.Credentes.

*SVMMARIVM.*

1 Receptatores hæreticorum grauius puniendi ſi errorem defendant,& quid de credentibus.

2 Credentes,receptatores,&c.qualiter debeant ſatisfacere.

3 Receptatorum,defenſorum,fautorum hæreticorum,ſimilium pœnæ xij.

4 Et eiſdem pœnis plectuntur aliæ ſimiles perſonæ,& quæ ſint illę.

5 Clerici fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum quibus pœnis puniantur.

6 Ratione dignitatis delictum aggrauatur.

7 Communicans cum excommunicato,nominatim denuntiato mortaliter peccat.

8 Pœna clericorum miniſtrantium ſacramenta fautoribus hæreticorum, aut eos ſepelientium.

9 Cum Papa aliquid ſibi reſeruat,cæteris prohibere cenſetur,ſecus cum non reſeruat.

10 Epiſcopus ſacerdotem excommunicatū,quia hæreticorum fautoribus,& ſimilibus ſacramenta miniſtrauit, redeuntem abſoluere poteſt.

11 Quod procedit in excommunicato per ſententiam canonis.

12 Secus in excommunicato ab ore Papæ, niniſi,&c.

13 Pęna regularium miniſtrantium fautoribus hæreticorum Eccleſiaſtica ſacramenta.

14 Regualares grauius puniendi quam clerici ſæculares.

15 Multis de communitate delinquentibus, an omnes amittant priuilegia.

CRedentes.† ]*6.pars.* Receptatores,*&c.ſine quibus heretici diu occultari non poſſunt.arg. ff.de receptato.l.1.ff.de offi.præſi.congruit.*

De his hæreticorū cōplicibus vide copioſe Eymericū hac .p.q.50.& q.ibi dixi.

1 *Vnde ſicut hæretici puniendi ſunt,immo & grauius ſi eorum errorem defendāt.24.q.3.qui aliorū, & ideo merito ſunt tales ſaltem pęna ſimili coercēdi 11.q.3.qui conſentit.C.de his qui latron.occul.l.1.etiā ſi cōſāguinei ſint.arg.27.q.1.de filia.ſup.eo.ſi qs Epiſcop.ubi de hoc,quāuis in alijs criminib.receptatorū pęna ſit ratione criminis tēperāda. ff. de receptatoribus.l.1.puniuntur autē tales vt ſequitur*

A *infra eo.§.per totū.credentes vero omnino hæretici dicantur.infra eo.c.pen.in fi.* Firmiter ſtatuentes. *verſ.* Taliū.*ſ.receptatorum,defenſorum, & fautorum.Credentes vero omnino ſunt excommunicati & damnati,infra eo.c.1.in fi.* Notatus.*ideſt hac de cauſa p Epiſcopū denunciatus.ſupra eo.ad abolēdā. vel iterū excōmunicatus.nā excommunicatus iterū excommunicatur.ſupra tit.1.in quorundam.§.fi.*

2 Satifacere.] *Simile ſupra eo.§.qui autem. & infra eo.§.1.ad fi.& conſiſtit hæc ſatisfactio in hoc, ut ſcilicet abiuret hereſim,uel purget ſe,ſi ſuſpectus ſit tantum,infra eo.§.adijcimus.ver.fi.et ſi alia de cauſa notoria excommunicatus ſit, debet reſtituere* B *omnia percepta,& quæ percipi poterunt,ſupra de reſti.ſpol. grauis,& quæ ex occupatione aliqua ſi forte ipſam fecerit,ad eum peruenerunt,ſupra de iureiur.ſicut.& infra.Vel ex officio vſurpato, & damnato,vel ei interdicto,ut patet in eo quod legitur & not.ſupra tit.1.cum ſit nimis abſurdū,§.fi. & cap. ſeq.ſub §.pręcipientes.Idem ergo eſt de his,quæ occaſione participationis ad eum peruenerunt, arg. in dictis iuribus.& infra eo.§.1.& ſupra eod. ad abolendā.§.1.in fin.nā de his omnibus,quæ notoriæ offenſæ accedunt,& ipſius ſequela ſunt,ſicut & de ipſa offenſa notoria,pro qua excōmunicatus fuerat ſa*C*tisfacere tenetur,vt patet in eo q legitur & not.infra de uerb.ſig.ex parte 1.& c.ſeq.& ſupra de fide inſtru.inter dilectos.§.cæterū.ver.fi.cum ſuis concor.ſed & ſi pro ſuſpectione hæreſis excōicatus fuerat,lapſo anno tanquā hæreticus condēnatur, q dic, vt legitur & not.ſupra eo.§.qui autem.* Contempſerit.*ſubaudi,ſi laicus fuerit:ex tūc ipſo iure,&c. vt infra eo.uer.1.et ſequenti,* Si uero clericus,*&c. ut infra eo.§.2.* Infra annum.*ſimile ſupra eo.§.ſi vero dominus,& §.qui autem.* Ex tunc.*verſ.ſcilicet elapſo anno.*

3 Ipſo iure,&c.*Ecce pęnæ in quibus receptatores defenſores,& fautores hæreticorum afficiūtur.Pri*D*mo.n.excōmunicantur,ut ſupra,& ſequūtur aliæ pęnæ xi.ſic ſunt xij.per totū.vt infra not.* Infamis. *Ecce ſecunda pæna.* Nec ad publicas.*Tertia pęna; & habet locum etiam in excommunicato, vt patet in eo q legitur & not.ſupra de procur.c. fin.* Nec ad eligendos.*verſ.Ecce quarta pœna.idē in excommunicato,et ſuſpēſo, ut patet,in eo quod legitur & not.ſupra,de conſuetu.cū dilectus.§.quia nobis.ſupra de elect.illa.* Nec ad teſtimonium.*Ecce quinta pœna:idem in excommunicato.ſupra de teſti.ueniēs 2.§.fi.* Sit etiā inteſtabilis.*ver.Ecce ſexta pæna.et idem videtur in excommunicato.arg.in authen. de* E *priuileg.dot.poſt mediū legis verſ.ſed ſint eis inaggreſſibilia.coll.8.& hoc not.extra. d.n. de except. pia.ſed nec tales vēdere nec donare poſſunt,nec aliquo modo contrahere.C.eo.tit.Manichæos.* Nec ad hæreditatis ſucceſſionē,*verſ.Ecce vij.pæna.* Accedat,*ex teſtamēto uel ab inteſtato.& idē uidetur in excommunicato,licet aliud innuatur in parte in authen.ut cum de appel.cog.§.generalem,& ſeq.Coll.8.ſed corrigitur in parte illa,ſupra eo.uergētis.§.1.* Nullus præterea.*uer.Ecce octaua pęna,quæ & in excōicato quolibet locum habet.ſupra de iud.intelleximus.ſup.de except.cū inter priorē. §.1. & 2. in princ.* Qd ſi forte.*uer.Ecce ix.pęna,et idē eſt in ex*

communicato notorio.ſupra de re iudi.ad proban-
dum. Nec cauſæ. verſi. Ecce decima pœna quæ ſequi
tur in proxima ſuperiori. Si fuerit. verſ. Ecce xi. pœ
na, quæ ex proxima decima ſuperiori ſequitur. Si ta
bellio. Ecce xij. pęna, quæ & in excommunicato vē
dicat ſibi locum. 3. quæſt. 4. nullus. De cęteris pœ-
nis contra hæeticos promulgatis dic, vt plene not.
ſecundum leges & Canones in ſumma. eo. tit. §. vna
pœna. Damnato. ſimile ſupra eod. fraternitatis,
quod dic. vt ibi plene.

4 Et in ſimilibus.] Verſ. hoc verbum duobus mo
dis poteſt intelligi. Primo vt fiat comparatio de his
quæ hic interdicuntur ad alia conſimilia, puta ad pu
b lica officia, quæcumque ſint illa, & quocumque no
min e cenſeantur, quia nec omnia de facili nominari
ſpecialiter poſſent. arg. ff. de præſcript. verb. l. 4. &
quia ſecundum diuerſas prouincias ipſarum nomina
variantur ſed nec eſt vis in nominibus facienda, vt
patet in eo quod legitur, & not. ſupra de procura. pe
titio. Item ſicut ſunt actus omnes legitimi. ff. de re
gu. iur. actus, qui omnes ſunt talibus interdicti: quia
& omnibus infamibus, ſupra de teſti. licet ex qua-
dam. §. 1. in fin. Secundo poteſt fieri comparatio de
perſonis hæreticorũ ad alias ſimiles, ſicut ſunt Schiſ
matici, & etiam notarij excommunicati, qui & à
prædictis omnibus repelluntur, vt patet in cõcor. ſu
pra ſignatis in ſingulis ver. & ſecundum hoc excõ-
municati notorij inteſtabiles ſunt; nec aliquem ſibi
obligare poſſunt, in quo tamen aliqui contradicunt.
ſuper quo vide quod not. extra d. n. de excep. pia. re-
ſpon. 1. verſic. & excõmunicati. lib. 6. & ſupra de
dolo, & contu. veritatis. in fi. & in ſumma. de pęni
tentijs. §. fi. ſub. §. quid de ijs, qui excommunicati.

5 §. Si vero clericus.] 6. pars. Fuerit. Receptator
defenſor, vel fautor hæreticorum. Deponatur. ex-
ceptis pœnis ſupradictis contra laicos promulgatis,
quæ & in ſimili tantum locum habent, quibus &
hæc additur propter rationem, quæ ſequitur: Vt in
quo maior, &c. nam vbi crimen eſt grauius, maior
pęna eſt imponenda, ut hic, & 50. diſtin. quia tua.
& patet in eo quod legitur et not. infra eo. §. 1. ver.
ſimiliter. & ſupra de uita, & ho. cleric. ut clerico-
rum. §. 1. ſupra de transla. epis. cap. 2. §. 1.

6 Habes etiam hic arg. quod ratione dignitatis ag
grauatur delictum. ff. de re milit. omne delictum, §.
1. & per conſequens pęna, arg. ad idem 32. q. 1. qui
viderit. 25. q. 1. nulli fas, 19. diſtin. nulli. 40. diſt. ho
mo Chriſtianus. vnde & qui magnus ſine compa-
ratione creatus fuit, ſine venia damnatus eſt. de
pœn. diſt. 2. §. principium enim. de hoc not. ſupra de
iureiur. cum quidam. Si qui autem. verſ. Tales. ſci
licet credentes, receptatores, & fautores hæretico-
rum, vt ſupra eod. §. proxi. in prin.

7 Denotati.] Argu. quod ſi quis communicat ex
communicato non denuntiato, licet peccet veniali-
ter, non tamen mortaliter: poſt denunciationẽ ve-
ro ab Eccleſia ſolemniter factam peccat mortaliter.
ad idem ſupra de poſtul. præla. c. 1. §. 1. & 2. ſecun-
dum hoc intelligi poteſt, ſupra quod metus cauſa.
ſacris, vt & probatur extra d. n. de ſentent. excom-
mu. ſtatuimus. §: fin. lib. 6. quod dic, vt ibi not. &
infra de cleric. excommu. mini. ſi celebrat. §. penul.
& fin. Satisfactionem. De hoc dic, vt plene not. ſu

†Syluester in Sum. ver. excommunicatio. 5. nu. 1. & facit c. Sicut 11. q. 3.

A pra eod. §. credentes. ver. 1. Percellantur. qui enim
participat excommunicato ſcienter, & monitus ſe
non corrigit, eſt excommunicandus. infra de ſent. ex
com. quod in dubijs 11. q. 3. qui communicat. ſecun-
dum B. & extra. d. n. de ſent. excom. ſtatuimus, li. 6.

8 §. Sane clerici. 8. pars. Peſtilentibus. à peſte,
quæ prouenit à participatione eorum. ſimile ſupra de
Simonia, ſicut ſimoniaca. Sepulturæ. De hoc caſu,
& alijs, dic ut not. ſupra de ſepultu. ex partę. §. fin.
Alioquin. verſi. ſubaudi excommunicati ſunt cleri-
ci ipſo iure, cum ceſeantur fautores, ſupra eo. §. cre-
dentes, & cum ab ore Papæ tales ter excommuni-
centur in anno celebrantes diuina coram excommu-
nicatis à Papa excommunicati ſunt. infra de ſentē.
B excommu. ſignificauit. reſtat quod ſi ſic excõmuni-
cati celebrent, ac ſacramenta interdicta miniſtrent,
irregularitatem incurrunt. infra de cleric. excomm.
miniſtra. c. 1. & c. 2. & c. poſtulaſtis. Præterea dici
mus, quod ſuo priuentur officio, & c. 11. q. 3. ſi quis
Epiſcopus dãnatus, & c. ſi quis Epiſcopus in cõcilio
Abſq; indulto. ſimile inf. de cleri. exc. li. Abſq; mini
ſt. c. 1. 2. 3. & 4. infra de rapto. c. 2. in fi. vbi de hoc.

9 Cum ergo hanc reſtitutionem ſibi ſpecialiter reti
neat Papa, alijs inferioribus hoc prohibuiſſe vide-
tur, vt patet in eo quod legitur & not. ſupra de pre
ben. grave. §. fi. ſic è conuerſo abſolutionem, quam ſi
bi non retinet, alijs conceſſiſſe videtur. infra de ſent.
C excom. nuper. §. in ſecundo. ver. fin.

10 Quamuis autem hæc reſtitutio prohibeatur Epi
ſcopo, ipſum tamen reuertentem poterit ab excom-
municatione abſoluere, & eccleſiæ reconciliare. ſu-
pra eod. ad abolendam §. 1. ad fin.

11 Quod verum eſt quo ad ſententiam canonis: ſe-
cus de ſententia oris Papæ, quam ter in anno pro-
fert, vt ſupra eo. §. ver. alioquin. in prin. ab illa enim
nullus inferior Papa abſoluere poterit. ſupra de
maio. & obe. cum inferior. ex quo & ſequitur, quod
nullus poteſt ad plenum recõciliare hæreticum, ſine
domini Papę licentia ſpeciali, quod eſt dignum not.

12 Niſi dicas, quod hæc ſententia lata ab ore Papæ
D canon eſt generalis; à quo & inferior poteſt abſolue
re, ex quo Papa non retinet ſibi abſolutionem. infra
de ſenten. excom. nuper. §. in ſecundo, & adde quod
not. infra de priui. cum hoc in prin. et de ſen. excom.
a nobis 2. §. vt autem, verſi. fi.

13 Similiter. verſ. Regulares.] Subaudi, caueant
ne talibus exhibeant eccleſiaſtica ſacramenta, alio-
quin ſuo priuentur officio, & c. vt ſupra eo. §. reſpon.
1. ver. 1. Quibus etiam. ſcilicet regularibus circa
prædicta delinquentibus. Hoc. ideſt hac pœna ad ip-
ſos magis aggrauandos.

14 Sicut ergo clerici ſęculares grauius puniuntur
E quam laici: quia ratione clericatus grauius peccãt,
vt legitur, & notatur ſupra eo. §. proxi. ſic & reli-
gioſi plus peccant ratione religionis, quam clerici ſæ
culares, & ideo grauius puniuntur, vt hic.

15 Vt illorum,] Si omnes, vel maior pars delin-
quant, hoc planum eſt: alioquin contra, ſupra de his
quæ fi. à maio. par. cap. quæſiuit. Vel dic, quod hoc eſt
ſpeciale ratione immanitatis criminis contra illam
regulam, ſicut & alias not. ſimile ſupra eod. ver-
gentis. §. 1. & 2. & argu. in eo quod legitur & not.
ſupra de offic. archid. ea quæ: §. vnico. Priuilegia.

quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quod dic vt plene not.ſupra ad abolendam. §.ſi. & eſt ſimile infra de priuileg.tuarum.§.1.verſi.1.*

## §.Quia vero.

*SVMMARIVM.*

1 Epiſcopis proprie conuenit munus prædicãdi.
2 An epiſcopus vbique,etiam extra ſuam diœceſim poſſit prædicare,& nu.ſeq.
3 Epiſcopus in aliena diœceſi non poteſt indulgentiam conferre.
4 Quinam pręter Epiſcopos poſſint prædicare.
5 Abbates non poſſunt concedere licentiam prędicandi.
6 Et an poſſint concedere licentiam Miſſam celebrandi.
7 Vſurpare præſumitur officium prædicationis, qui miſſus non probatur.& quomodo probetur miſſio.
8 Nemo excommunicandus niſi monitione pręmiſſa.
9 Creſcente contumacia pœna augenda.

QVIa vero. ] *9.pars.* Apoſtolus dicat. *Rom.*
*10.c.*Omnes qui.*verſ.*Prohibiti,vel nõ miſ
*ſi.hoc ideo dicit,quia aliqui ſunt miſſi ordinarij per*
*vniuerſum mundum,ſicut epiſcopi,qui à Domino ha*
*bent auctoritatem prædicandi Euangelium per vni-*
*uerſum mundum , & omni creaturæ , vt probatur*
*Mar.vlti.21.diſt.in nouo.*
1 *Vnde & dicit decretum,quod nullus audeat prę-*
*dicare præterquam domini ſacerdotes.16.q.1.adijci*
*mus.quod de ſacerdotib. ideſt epiſcopis anthonoma*
*ſtice eſt intelligendum.non ergo refert quis epiſcopo*
*rũ prædicet,ſed quid prædicet,& ſic poteſt intelligi.*
*19.diſt.Secundũ.Quod verũ eſt,niſi ab illo cuius eſt*
*diœceſis prohibeatur.arg.6.q.3.ſcriptũ.Vel illud in*
*telligatur nõ de falce ꝑdicationis, ſed iuriſdictionis.*
2 *Cum enim epiſcopi miſſio tanta auctoritate robo*
*retur,vt patet ſupra eo.gloſ.in prin.non poteſt pro*
*hiberi,immo ab omnibus debet recipi,& admitti,ut*
*patet ſupra eod.cum ex iniuncto.§.2.verſ.ſed opor-*
*tet.& verſ. Ioannes. Dummodo caueat ab errore.*
*alioquin contra infra,de purga.cano.inter ſollicitudi*
*nes.& 40.diſt.ſi Papa.maximè quia verbũ Domi-*
*ni nõ eſt alligatũ.2.Tim.2.b.Sed verius eſt vt epiſ*
*copus ſemper admittatur , & vbique, niſi ab illo*
*cuius diœceſim intrat,prohibeatur. nam ex quo eſt*
*prohibitus,alligatur verbo prohibitorio:unde debet*
*omnino abſtinere,vt hic.& probatur.9.q.2.c.1.&*
*2.& c.epiſcopi.& in eo quod legitur & not. ſupra*
*de vſu pal.c.antepen ad fin.*
3 *Quamuis autem non prohibitus poſſit epiſcopus*
*prædicare in aliena dięceſi,nõ tamẽ indulgentiã da*
*re,niſi hoc faciat auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſibi*
*cõmiſſa,vel de expreſſa licentia epiſcopi,vt infra de*
*pœnit.quod autem.Ratio diuerſitatis hæc eſt,quia ꝑ*
*prædicationem nõ intelliguntur multũ iniurioſe alie*
*ni limites vſurpari:nec aliquod paratur præiudiciũ*
*graue:immo fit melior cõditio epiſcopi,cuius eſt diœ*
*ceſis,& animarũ ſibi cõmiſſarũ,vt ꝓbatur 96.diſt.*
*ecce.vnde & videtur,ꝙ eo inuito hoc exerceri poſ-*
A *ſet.arg.ff.de nego.geſt.ſoluendo.ff. de ſol. ſi pro me.*
*& l.ſoluere,& l.ſi debitor.Sed nõ obſtat,qa etſi nõ*
*fiat ei graue ꝑiudiciũ,ut dictu eſt,tamẽ aliquatenus*
*intereſt ſua ne ipſo inuito fiat:ne ſcilicet uideant̃ ſui*
*termini uſurpari.arg.ff.de neg.geſt.cũ pecuniã.in fi.*
4 *Alij autẽ exceptis epiſcopis,† & ſaluo eo quod*
*not.infra eod.ſuper verſi.non miſſi præter auctorita*
*tẽ,& ſuper verbo,*epiſcopo loci,*non debent,prædi-*
*care populo,cuius curã non habent niſi à ſede Apo-*
*ſtolica uel catholico loci epiſcopo hanc expreſſe obti*
*nuerint poteſtatẽ,ut ſequitur hic,qui etſi ipſã obti-*
*nuerit,reuocari poſſunt quandocunque placuerit con*
*cedenti.arg.ff.de iud.iudicium ſoluitur. ſecundũ hoc*
B *ergo expone ꝙ hic dicit.* Omnes. *ſubaudi Epiſcopi.*
Qui.*Subaudi,ab illo cuius eſt diœceſis.*Prohibiti.
*vel alij quicuaque.*Non miſſi præter auctoritatem
&c.*Sicut hoc conceſſit Prædicatoribus,& Minori-*
*bus,& alijs quibuſdam religioſis,unde non ſunt pro*
*hibẽdi,ut hic patet,et infrà de exceſ prælator.nimis*
*praua.& ſupra de cler.nõ reſid.fraternitati,cũ ſuis*
*concor. Sed caueant ipſi,quod ſuis terminis ſint con*
*tenti,ſupra de ſapult.cap.1.§.ſi.alioqum poterit eis*
*prædicatio interdici,vt patet in eo quod legitur &*
*not.infra de priuil.tuarum.§.1.*Epiſcopo loci. *ſi-*
*mile infra,de pęn.cum ex eo.reſpon.1.ubi de hoc.*
5 *Non ergo licet abbati hanc auctoritatem dare,*
C *ſecundum d.n.arg.ſupra de præſump.nonne,& ex-*
*preſſius,infra de exceſ.pręla.accedentibus.*
6 *Secus ſi Miſſam uelit quis celebrare,quia illud po*
*teſt concedere quilibet incuratus:dummodo conſtet*
*eſſe presbyterum celebrare volentem,ſupra de cleri.*
*peregri.cap.3.ſecundum d.n.quod dic ut ibi not.Ra*
*tio diuerſitatis eſt:quia in primo magis imminet pe*
*riculum,quam in ſecundo,ut patet ſupra eo.eum ex*
*iniuncto.infra eod.c.1.ſecundum d.n. cum his quæ*
*ibi not.uel dicas quod ſi perſona nota ſit,uolens prę*
*dicare,ſicut magiſter in theologia,uel alius compe*
*tens idoneus prædicator, etiam quilibet incuratus*
*hanc auctoritatem dare poterit,ſecundum d.n. arg.*
D *ſupra de offi.ord.ab eccleſiarũ.quod intelligo caſua*
*liter & in tranſitu:ſed epiſcopus hoc generaliter cõ*
*cedere poteſt per totam ſuam dięceſim.ſupra de off.*
*ordi.inter cætera,quod inferior non poteſt , vt hic.*
Publice vel priuatim.*priuata enimmagis ſuſpecta*
*eſt arg.infra eo.§.1.ver.1.et in eo ꝙ legitur et not.*
*ſupra eod.cum ex iniuncto.reſpon.1.uerſ.1.in prin.*
7 Vſurpare.] *Vſurpare intelligitur,qui miſſus nõ*
*probatur,uel per litteras Papæ,uel Epiſcopi,ut ſu-*
*pra,uel qui miſſionem non probat per operationem*
*miraculoſam, uel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale,*
*quod dic,ut plene legitur,& not.ſupra eod.cum ex*
*iniuncto.§.1.& qui etiam probat miſſionem ſi ab*
E *illo cuius eſt populus prohibeatur:niſi ipſa miſſio ſu*
*perioris auctoritate roboretur, ut patet ex eo , quod*
*ſupra legitur, & not.* Præſumpſerint.*ſubaudi , ſi*
*moniti non deſtiterint.*
3 Excommunicationis,&c.*aliter enim non eſt*
*quis excommunicandus niſi monitione præmiſſa,ut*
*patet in eo,quod legitur, & not.ſupra eo. §. ſi uero*
*dominus & §.moneantur.* Et niſi.*uerſ.* Quã citius
*ad arbitriũ ſuperioris.* Reſipuerint.*ſic excõmunica*
*ti.*Alia competenti *arbitraria,ut patet in eo quod*
*legitur,& not.ſupra,de offic.leg.de cauſis.§.unico.*

† Concilium Tridẽtinum ſeſſ.5. de refor. cap.2. & ſeſſio.24. de refor. cap.4.

L 2 9 Plectan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9 Plectantur. ] *Quia creſcente contumacia debet augmentari & pœna, vt hic, & legitur & not. ſuvt lit. non conteſt. c. fi. §. fi.*

## §. Adijcimus.

*SVMMARIVM.*

1 Ex cauſa fidei inquirere poteſt Epiſcopus prouinciam, & contra rebelles cuiuſuis dignitatis procedere.
2 Vniuerſitas non conuenitur nec agit, nec iurat niſi per ſyndicum.
3 Vniuerſitas delinquere poteſt: & contra eam poteſt fieri inquiſitio, & qualiter puniēda.
4 Vniuerſitas non poteſt excommunicari.
5 Diſſidentes à communi fidelium ritu ſuſpecti ſunt de hæreſi.
6 Deficiens in purgatione, vel iurare nolens, vt conuictus punitur.
7 Secus dicēdum in eo qui ſe purgare negligit.
8 Qui renuit iurare, dicens non licere, hæreticus eſt. & nu. 10.
9 Pro condemnato habetur, qui renuit iurare de calumnia.
10 Qui recuſat omnino iurare, de ſecta Valdenſium præſumitur.
11 Intellectus. l. 2. C. de hæret.
12 Intellectus l. 1. C. de fide inſtr. & c. etſi quæſtiones, §. 1. de ſimonia.

ADijcimus. ] 10. *pars*. Honeſtas. *ſimile ſupra de offi. Archid. cap. 1. ſupra, de offi. ord. inter cætera*. Bis, aut ſaltem ſemel. *ſimile ſupra de offic. Archid. mandamus.*

1 Fama fuerit. ] *Aliàs enim niſi ex cauſa tali vel conſimili non eſt prouincia (etiam occaſione religionū, vel hæreſum) cōmouenda, vt in authent. de mandat: prin. §. neq; occaſione. coll. 3. Ex cauſa† autē hoc pōt facere iudex eccleſiaſticus, vt hic, & contra rebelles procedere, quantūcunq; magnæ dignitatis exiſtāt, vt patet ſup. eod. §. ſi vero dominus. & preceden. & ſeq. & in eo quod plane not. in ſumma eod. tit. §. qualiter deuitentur, maxime in verſ. ergo cognitio, & verſ. & hoc intelligas.* Et ibi. *verſic.* Viros. *ſimile ſupra, de accu. ſicut olim. §. 1. in prin.*

† Albertinus trac. de agno. aſſer. q. xi. nu. 10. & ſeq.

2 Totam viciniam. ] *Argu. quòd vniuerſitas poteſt præſtare iuramentū calūniæ, ſic 35. q. 6. Epiſcopus in ſynodo, ſecundum B. Hoc multū remotū eſt argu. & planum eſt, quòd vniuerſitas, vel collegiū nec cōueniri, nec agere, nec iurare poteſt niſi per ſyndicum, vel prelatum, vt patet in eo quod legitur & not. ſupra de ſyndico. c. vnico, extra d. n. de teſti. ad hæc. & c. præſentiū. reſpon. 1. ver. ab eiſdem.* lib. 6.

3 *Eſt tamen hic. arg. quod vniuerſitas† delinquere poteſt, & quod contra ipſam, & ſingulos de vniuerſitate poteſt fieri inquiſitio, & quòd ſinguli iurabunt & pro delicto proprio punientur, vt legitur & not. ſupra eod. ad abolendam. §. ciuitas. & de ſimonia, dilectus 2. §. abbatibus.*

† Vide copioſe per Panor. & Fel. in cap. dilectus 2. de ſimo.

4 *Excommunicari autē non poteſt ipſa vniuerſitas. quod dic vt legitur & not. extra d. n. extra de ſent. excom. Romana. §. fi.* lib. 6. Occulta conuenticula. *ſimile ſupra eod. cum ex iniuncto. reſpon. 1. ver. 1. in prin. vbi de hoc.*

5 Diſſidentes. ] *Propter quod merito ſuſpecti habentur, vt hic, & ſupra de elec. in cauſis §. 1. & arg. 41. diſt. quiſquis. 86. diſt. inferiorum. 23. q. 8. præterea. ff. ad leg. Aquil. ſcientiam. ff. de his qui not. inf. quid ergo. §. 1.*

Indicare. ] *35. q. 6. epiſcopus in ſynodo, ſupra de teſti. cogen. præterea. 2. q. 7. quapropter. 22. q. 1. ſi quis per capillum.*

6 Ipſe autem Epiſcopus. ] *verſ.* Purgauerint. *immo in purgatione defecerint, vel quia iurare nolunt, vt infra §. 1. vel alio modo: tunc enim puniuntur tanquam conuicti, vt ſequitur.*

7 *Secus de illis, qui negligunt ſe purgare: quia illi excommunicantur, & hæc eſt differentia quantū ad illum articulum inter hunc, & illum quem habuiſti, ſup. eod. §. 1. vbi de hoc. Vel dic vt not. infra de pur. can. inter ſollicitudines. §. fi. quod verius eſt.* Canonicæ. ] *vt ſcilicet tanquam heretici condemnentur hi qui in purgatione deficiunt, ſupra eod. ca. §. 1. Hi vero qui lapſi ſunt ſine vlla audientia ſeculari iudicio relinquantur, ſupra eod. ad abolendam. §. illos quoque.*

§. Si qui autem. ] *xi. pars.* Obſtinatione damnabili. *Hoc ideo dicit: quia & quandoque religioſi non rebelliter, ſed ex quadam honeſtate iurare renuunt, vt patet in eo, quod legitur & not. ſupra de teſti. nuper. ſupra, de iureiur. etſi Chriſtus. §. fi.*

8 *Sin autem hoc aliquis omnino renueret† dicēs, quòd crederet peccare mortaliter: quia nullo modo eſt iurandum, hoc ipſo hæreticus reputatur, vt hic, & habetur pro conuicto, ſicut & pro condemnato habetur is, qui renuit iurare de calumnia, vt legitur & notatur ſupra de iuramen. calum. c. fin. §. pœna. ſicut & is, qui neq; defendit, neque exhibet; vt cōtumax condemnatur. ff. de noxa. quotiens. §. in poteſtate. ideoq; tenetur quis per iuramentum purgare de hæreſi conſcientiam. de conſecra. diſt. 2. ego Berengarius. 1. q. 7. quotiens. maxime quādo circa hūc articulum præſumitur.*

10 *Quòd ſi omnino iurare renuat, de ſecta Valdenſium, qui omnino iurare renuunt, præſumitur, & hoc ſolo hæreticus reputatur, vt ſequitur.*

11 *Et hoc argumento leui à fide deuians, hereticus cenſetur, & ſic poteſt intelligi. C. eod. tit. l. 2. aliàs autem propter ſolam ſuſpicionem, quamuis vehementem, de tanto crimine nō condemnaretur: quod dic, vt not. ſupra eod. §. qui autem. in fi. & de præſump. litteras. §. fi. in prin.*

12 *Secūdum hoc duobus modis pōt intelligi, quod legitur. C. de fide inſtru. l. 1. & ſupra. de ſim. & ſi quæſtiones. reſpōſo 1. verſ. 1. & 2. vt. ſ. quod ibi dicit de tali ſiue tenui religione, intelligatur de obſtinata, & damnabili, & ſic hæretica, vel ſimplici, et honeſta, qui intellectus vltimus magis congruit menti, vt patet in d. c. etſi quæſtiones. reſpon. 1. in fi.*

## §. Volumus.

*SVMMARIVM.*

1 Omnis eſt adhibenda diligentia, ut hæretici extur-

Extirpentur.
2 An indicijs crimina probentur.

A

VOlumus igitur.] 12.*pars.* Inuigilent. *Erant enim paſtores ſuper gregem ſuum vigilantes Lucæ 2. quod dic, vt plene not. ſupra de offi. Archipreſ. cap. fina. in princ.* Canonicam.] *de qua ſequitur. infra eod. §. 1.*

Si quis enim.] 13. *par.*

1 Super expurgando.] *Nam & ſi generaliter, † ſit Epiſcopo negligentia reprobanda. vt patet in eo, quod legitur & not. ſupra de offic. ordin. irrefragabili. reſponſo 1. hæc tamen eſt in hoc caſu propter periculum fidei ſpecialiter deteſtanda.* Negligens. *Remouetur ergo prælatus propter negligentiam, vt hic & 1. quæſt. 1. §. ecce cum honoris, & not. ſupra eo. cap. proxi. §. fina.*

† Inno. 1. epiſto. 15. to. 1. concilio, refert Contra. Bein. lib. 3. de hær. c. 15.

B

2 Indicijs.] *indicia igitur probãt crimẽ, vt hic, & ſupra eo. §. adijcimus. verſ. 1. & 2. et quæſt. 8. ſciãt. 32. q. 1. dixit Dominus infra de priuil. cum olim. & C. de rei uen. indicia. ſupra, de cleri. peregrin. c. 2. §. vnico, cum ſuis concor. ſupra de præſump. c. illud. & c. litteris, & c. tertio.* Deponatur. *tanquam negligens, & remiſſus, vt ſupra,* Et in locum. *verſ.* Qui velit, & poſſit. *ſimile ſupra de cleri. non reſid. quia nonnulli. §. 1. & cap. relatum. reſpon. 1. & §. 1.*

## c. Sicut in vno.

*SVMMARIVM.*

1 Cauendum ne ſub ſpecie virtutum vitia committantur.
2 Cauſæ, cur nullus prædicator admittendus, niſi mittatur.
3 Nulla poteſt vniuerſitas ſine ordine conſiſtere.

SIcut in vno corpore: & infra. ] *Quod deeſt in hac deciſione legitur ſupra eod. cum ex iniunćto. §. ſicut enim.* Sub ſpecie virtutum. *Sic ſupra eod. ca. proxi. §. quia vero. 41. diſt. ſæpe vitia. etenim prætextu pietatis non ſunt vitia committenda. 30. q. 1. noſſe.*

Hæc ſpectãt multa in ccn oc. Trid. ſancta Seſſ. 5. c. 1. de refor. c. 1.

2 *Et hæc eſt cauſa quare nullus prædicator admittendus eſt niſi miſſus: periculoſum eſt enim cum ſub ſpecie huius boni hæreticus aculeus poſſit latere, vt hic, & in pręd. iuribus, & 1. quæſt. 1. §. ecce cum honoris. 32. diſt in. §. verum, & 42. diſtinćt. quieſcamus, quamuis idoneus poſſit ſe vltro offerre ad mittẽdum, vnde Eſa. 6. Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in ſcripturis. 16. quæſt. 1. §. hoc idem. arg. ff. de in. & cur. da. ab his. l. vbi, & l. prætor.* Nos attendentes, 2. *pars.* Præcipuus. *ſic ſupra eod. cum ex iniunćto. §. ſicut enim, verſ. 1.*

3 Dominus Apoſtolos.] *Nec vniuerſitas aliqua poſſet ſubſiſtere ratione, niſi eam huiuſmodi magnus ordo ſeruaret, 89. diſt. ad hoc, ideoque nullus laicus eſt admittendus cuiuſcumqne meriti, vel ordinis exiſtat, ut ſequitur, & patet ſupra eo. cum ex iniunćto, reſpon. 1. ver. 1. & §. ſicut enim. verſ. cum igitur, et ſeq. & §. licet autem.*

## c. Excommunicamus 2.

*SVMMARIVM.*

1 Omnes hæretici vnum habent finem erroris.
2 Docentium hæreſes, & addiſcentium debita pæna.
3 Addiſcentium hęreſes duplex genus diligenter notandum.
4 Deprehenſus in hæreſi quis dicatur, & qua pœna plećtatur.
5 Simoniaci pœna, & ſimilitudo cum hęretico.
6 Credentium erroribus hæreticorum pœna.

EXcommunicamus, &c. Diuerſas.] 24. q. fi. §. fi.

1 Conueniunt.] *Quia ad eundem finem, ſcilicet deceptionis, & erroris tendunt. ſimile ſupra eo. excommunicamus. reſponſo 1. quod dic, vt ibi no.* Damnati uero. 2. *pars,* Puniendi. *Sic ſupra eod. excommunicamus. reſponſo 1. ver. damnati, & c. ad abolendam. §. præſenti.*

2 *Sed quæ eſt debita animaduerſio?* Reſpondeo, *vt docentes vltimo ſupplicio efficiantur addiſcentes † vero, x. librarum auri pœna mulćtentur. C. eod. titu.*

C

*quicunque, ad fi.*

† Zanchinus Trac. de hæreti. c. 3. nu. 6. Ioã. Roias de hære. p. 2. aſſertiõe 43.

3 *Et hoc intelligitur de addiſcentibus, qui nondum didicerunt, ſed cauſa addiſcendi ad hæreticos acceſſerunt: nam ſi incæpiſſent diſcere, & ſic ad aćtum perueniſſent, eadem pœna puuirentur qua & docentes, & ſic ſoluitur, nec contradicit. C. de mathematicis. l. culpa. ſimilis eſt tam probibita diſcere, quam docere. De cæteris dic, vt plene not. ſecundum leges, ſupra eod. ad abolendam & ſecundum eaſdem leges, et canones in ſumma eod. tit. §. qua pœna.* Degradatis. *ſupra eod. ad abolendam. §. 1.* Si qui autem. *verſ. ab hoc loco vſque ad fin. additur declarando quod deeſt ſupra eod. excommunicamus, reſponſo. 1. verſic. dam-*

D

*nati. & cap. ad abolendam. §. 1. & 2. nam alia, quæ hic præmittuntur, dicuntur ibi, & quædam alia, vt ibi patet.*

4 Deprehenſi.] *Publicè, ita quod notorium ſit, ut in eo quod legitur, & not. infra eo. c. 1. qui ſi ſtatim ſponte redire voluerint, admittendi ſunt. vt ſupra eo. ad abolendam. §. præſenti, ita tamen quod in carcerẽ ad agendam perpetuam pęnitentiam detrudantur, vt hic ſequitur, & hoc non fuerat ibi dićtum; quod hic declaratur, vt ibi not.*

5 In perpetuo carcere. ] *Sicut & Simoniacus eſt in monaſterium detrudendus. 1. q. 1. reperiantur. ſupra de Simonia. quanta, & eſt bona ſimilitudo, nam*

E

*ſimoniacus hæreticus reputatur. 1. q. 1. eos qui. 6. q. 1. §. ſed licet. ſupra de Simonia, quotiens, vbi de hoc, & idem iuris eſt hodie de credentibus, ut infra, §. 1.*

6 Credentes autem.] 3. *pars.* Eorum. *ſcilicet hæreticorum.* Similiter. *damnati ergo de credentia per Eccleſiam, ſæculari iudicio, &c. vt legitur & not. ſupra eo. §. damnati. Hodie ergo non excommunicantur, nec expećtantur, ſicut receptatores, & defenſores, licet olim ſecus eſſet, etiam tempore Concilij generalis, quod dic, vt legitur, & not. ſupra eod. ca. excommunicamus. §. credentes.*

## c.Abſolutos.

*SVMMARIVM.*

1 Hodie ipſo iure remanet abſolutus qui hæretico erat obligatus.
2 An reconciliatus eccleſiæ, recuperat amiſſas fidelitates,& obligationes.
3 Non ſoluuntur à debito fidelitatis vaſſalli,domino in occultam hæreſim incidente.
4 Hęretico non eſt ſoluendum,quod ei erat ſub pæna,aut iuramento promiſſum.
5 Iuramentum tacitam habet conditionem, ſi communicare liceat.

† Vide Alfonſum Caſtrum li.2.cap.7.de iuſta hæreti. punit.

ABſolutos, † &c.] *Ipſo iure hodie, vt hic: olim nõ ſic erat expreſſe dictum, immo quod deberẽt abſolui, ꝙ dic, ut legitur & not. ſupra eod. excommunicamus, §. ſi vero Dominus, ver. 1.*

2 *Sed nunquid ſi talis recõcilietur, fidelitates iſtas ipſo iure recuperabit? Videtur, quòd ſic. C. de ſentẽ. paſ. l. 1. & l. ſi. Tu vero dicas, quod non, ſicut nec faceret ſi fuiſſent vaſſalli ab hac fidelitate ſimpliciter abſoluti. argu. ſupra de diuor. de illa. Secus ſi ad tempus lata eſſet ſententia, ſcilicet quamdiu in excom-*
A *municatione perſtiterint, infra de pęn. c. ſi. in fi. quia tunc ceſſante temporẽ erroris, ceſſaret & talis ſententia, vt patet in eo quod legitur & not. ſupra, de vita & honeſt. cleri. c. fin. ad fin. & ſecundum hoc intellige 15. q. 6. iuratos, & c. nos ſanctorum.*

3 Manifeſtè.] *Secus ergo ſi occultè, arg. ſupra de ſimonia, ex tuæ, & c. ſicut nobis, in fi. cũ ſuis concor. et c. ſi. et not. ſupra eo. c. proxi. §. 1. ver. ſi qui autẽ.*

4 Aliquo pacto, &c.] *ergo ſi ſub certa pœna aliquid ei ſoluere tenebatur, pœna non committitur: cũ enim talium bona poſſint occupari, multo fortius retineri, ut patet in eo quod legitur & not. ſupra eod.*
B *excommunicamus, §. ſi vero dominus, verſ. 1. Eodẽ modo non intelligitur is qui iurauerat, deierare.*

5 *Quaſi iuramentum † habet in ſe tacitam conditionem, ſcilicet ſi in tali ſtatu permanſerit, quod ei cõmunicandum ſit, arg. ſupra de iureiur. quemadmodũ reſpon. 1. verſ. quia in illo, cum ſuis concord. & ſupra eod. excommunicamus 2. §. credentes, & idem ſi alias excommunicatus eſſet, vt in dictis ca. 16. q. 6. nos ſanctorum, & c. iuratos. quod dic, vt not. in ſumma, de ſent. excommun. §. fin. ſub §. quid ſi tenor ſacramenti. niſi forſan neceſſitas immineat, vel ex indulgentia aliud contingat, quod dic, vt legitur & not. infra, de ſentent. excomm. ſi verè, ideſt ab vni-*
C *tate Eccleſiæ recedentibus, 24. q. 1. ſi ſorori.*

---

# GLOSSA IOANNIS ANDREÆ

## IN NOVELLA SVPER TIT. DE HÆRETICIS.

### IN VOLVMINE MAIORI.

## c.Dubius.

*SVMMAIVM.*

1 Dubitans in fide deliberatè hæreticus eſt.
2 Dubitatio procedens a timida conſcientia non facit hæreticum.
3 Fidem veritatis quis dicatur ignorare.
4 Ignorantia in his quæ ſunt fidei, non excuſat.
5 Hæreticum eſſe, tenui argumento a fide flectere quomodo accipiendum.
6 Infidelis, ſiue baptizatus, ſiue non, teſtis eſſe non poteſt.

† Concordat Ioã. Anania, Abbas, Fel. & alii hoc loco Adde Melchiorem Canum lib. 12. ca 9. de locis Theologicis & Alfonſum Caſtrum lib. 1. c. 7. de iuſta hær. pun.

DVbius.] *Breue eſt.*

1 Infidelis eſt.] *Hoc verum in dubitatione, quæ habet pertinaciam, † animi deliberationem, & placentiam.*

2 *Sed dubitatio, quæ procedit à ſcrupulo conſcientię potius eſt pœna quam culpa, nec habet hæreſim, cũ frequenter contra uoluntatem accidat: immo ille, qui ſe bene firmat in fide, & talibus motibus reſiſtit, meretur, ſicut & qui reſiſtit carnis ſtimulis. 5. diſt. ſed penſandũ, & c. teſtamentum, alias non eſſet dare fidelem, qui nõ fuiſſet hæreticus, facit ad prędicta 24. q. 3. dixit, & quod dicã infra eod cum Chriſtus.*

Omnino,] *ideſt, aliquo modo, hoc eſt nullo modo eſt eis credendũ, ſimile omnino, ſupra de iura. calum. in pertractandis. Hoſtien.*

2 Fidem veritatis.] *ideſt veritatem fidei: quia baptizari renuit, vel in articulis errat. poſſet etiam in-*
D *telligi de catholico, qui ignorat veritatem negotij, de quo quæritur, cui in eo credendum non eſt, ſupra qui matri. accuſ. poſſ. videtur, de iuram. calum. in pertractandis, Hoſtien.*

4 Ignorant.] *non ergo excuſat ignorantia in his, quæ ſunt de fide: quod dic, ut dixi ſupra de ſum. Trinit. ſuper rubr.*

5 In gloſſ. 2. ibi, l. 2.] *ibi dicitur hæreticus, qui etiam leui argumento deuiat à documentis & tramite fidei.*

In gl. 2. ibi tenui.] *ideſt quantũcumque leui, Abbas, & in fi. vel dic, de tenui argumento, vt not. ſu-*
E *pra de præſumpt. litteras, §. ſi. in prin. Hoſtien.*

6 In gl. vltima ibi, in fide.] *licet baptizatus, idem in non baptizatis, ſupra de teſtib. c. 1. cum concord.*

## c.Qui alios.

*SVMMARIVM.*

1 Quis ſit intellectus huius capitis.
2 Deli ctum ſerui quando noceat domino.
3 Quilibet tenetur proximũ ab hęreſi reuocare,

4 Correctio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN